℄ Inducit ratiōes naturales ad ostēdēdū q̄ nō sit corpus infinitū in actu. Circa quas ꝯsiderādū ē: q̄ qr̄ Ar. nōdum ꝓbauerat corpus celeste esse alterius ēntie a quattuor elemētis: opinio aūt cōmunis suo tēpore fuerat q̄ esset de nā quattuor elemētoꝝ: ꝓcedit in his rōnib⁹ ac si nō eēt aliud corp⁹ sensibile extra quattuor elemēta: sm̄ suā cōsuetudinē: q: semꝑ anq3 ꝓbet id qd̄ ē sue opiniōis: ꝓcedit ex suppositiōe opiniōis alioꝝ cōis. Unde postq3 ꝓbauit in p̄io libro de celo ⁊ mūdo celū esse alteri⁹ nāe ab elemētis: ad maioris certitudinē iterat ꝯsideratiōnē de īfinito: ostēdēs vniuersaliter q̄ nullū corp⁹ sensibile est infinitū. Hic aūt p̄io ostēdit q̄ nō sit corp⁹ sensibile infinitū. supposito q̄ sint elemēta finita multitudie. Scdo ostēdit idē vl'iter ibi. (Oportet aūt ⁊ de oī) Dicit ergo p̄io q̄ procedēdo naturaliter .i. ex p̄ncipiis sciē naturalis: magis ⁊ cert⁹ ꝯsiderari poterit q̄ nō sit corp⁹ sensibile infinitū ex his que dicēt̄. Omne .n. corpus sensibile aut ē simplex aut cōpositū. P̄mo ergo ostēdit q̄ nō sit corp⁹ sensibile ꝯpositū infinitū: supposito q̄ sint elemēta finita sc3 multitudinē. nō enī pōt eē q̄ vnū corpoꝝ sit finitū ⁊ alia infinita: q: ad ꝯpositionē alicui⁹ corpis mixti reqritur q̄ sint plura elementa: ⁊ q̄ ꝯtra aliquo mō adequent̄: alias ꝯpositio ꝑmanere nō posset: q: illud qd̄ eēt omnino potenti⁹ destrueret alia: cū elementa sint ꝯtria. Si aūt vnū elemētoꝝ eēt infinitū: nulla equalitas eēt aliis finitis existētib⁹: q: īfinitū i ꝓportiōabiliter excedit finitū. Nō ergo hoc pōt esse q̄ vnū tantū coꝝ que veniūt i mixtionē sit infinitū. Posset aūt aliquis dicere q̄ illud infinitū esset debilis virtutis in agēdo: ⁊ ideo nō pōt vīcere alia .s. finita q̄ sunt fortioris vtutis: vtpote si infinit⁹ sit aer ⁊ finit⁹ ignis. ⁊ ideo ad hoc remouēdū dicit q̄ q̄ntūcūq3 potentia vni⁹ corporis qd̄ ponitur infinitū deficiat a potētia alterius corporis qd̄ ponit̄ finitū: vtpote si ignis sit finitus ⁊ aer infinit⁹: necesse est tn̄ dicere: q̄ aer quātūcūq3 duplicatus .s. sm̄ aliquē numerū multiplicat⁹ sit eq̄lis igni in potētia. Si .n. potētia ignis eēt cētuplo maior q̄ꝫ potētia aeris eiusdem q̄titatis: si aer centuplet̄ sm̄ quātitatē: erit equalis ei i potentia. ⁊ tn̄ aer centuplatus ē multiplicatus sm̄ aliquem numerū determinatū: ⁊ vincitur a potentia aeris infiniti. vn̄ manifestū est q̄ etiā potentia ignis vinceret̄ a potētia aeris infiniti. ⁊ sic infinitū excellit ⁊ corrūpit finitum: quantūcūq3 potentioris nature videat̄. Similiter etiā non pōt esse q̄ quodlibet elementoꝝ ex quib⁹ componit̄ corpus mixtū sit infinitū: q: de rōne corpis est q̄ habeat dimēsiones in oēm partē: nō in lōgitudinē tm̄ vt linea: neq3 in lōgitudinē ⁊ latitudinē solū vt suꝑficies. de rōne aūt infiniti est q̄ habeat distātias seu dimēsiones infinitas. ergo de ratione corporis infiniti ē q̄ habeat dimēsiones infinitas i omnē ꝑtē: ⁊ sic nō pōt esse q̄ ex plurib⁹ corporib⁹ infinitis aliqd̄ vnū ꝯponat̄: q: quodlibet occupat totū mūdū: nisi ponantur duo corpora esse simul qd̄ est impossibile. Sic igitur ostēso q̄ corpus cōpositū nō pōt esse infinitū: ostendit vlterius q̄ nec etiam corpus simplex: neq3 vnum elemētorū neq3 aliquod mediū inter ea: vt vapor est mediū inter aerem ⁊ aquam. Quidā enim posuerunt hoc esse principiū: et eo alia generari dicentes. ⁊ hoc dicebant esse infinitum non autē aerem aut aquam aut aliqd̄ aliorū elementorū: q: contingeret alia elementa corrūpi a quocūq3 ipsorū qd̄ infinitum poneretur. q: elementa habent ꝯtrarietatē adinuicem: cum aer sit humidus: ignis calidus: terra sicca. vn̄ si vnum horum esset infinitum corrūperet alia: cum ꝯtrarium natum sit corrūpi a ꝯtrario. ⁊ ideo dicunt aliqd̄ aliud ab elementis esse infinitum: ex quo sicut ex p̄cipio elemēta causantur. hanc autē positionē dicit eē impossibilē: nō solum q̄ntū ad hoc q̄ dicit tale corpus mediū esse infinitū: q: de hoc dicetur cōis q̄dā ratio: tā de igne ⁊ aere ⁊ aqua q̄ꝫ ēt de corpore medio: sed ex hoc ipso etiā ē impossibilis ꝑdicta positio: q: ponit aliqd̄ p̄ncipiū elementale preter q̄ttuor elementa. nō enim inuenit̄ aliquod corp⁹ sensibile p̄terea que dicuntur elemēta .s. aerē aquā ⁊ hmōi. sꝫ hoc oꝫ si aliquid aliud p̄ter elementa veniret in ꝯpositionē istorum corporū. vnūquodq3 enim cōpositum resoluit̄ in ea ex quibus cōpositum est. Si igitur aliqd̄ aliud vēiret in cōpositionē istorum corpoꝝ q̄ꝫ hec quattuor elemēta: sequeretur q̄ hic apud nos inuenīretur aliquod corpus simplex preter ista elementa per resolutionem istorum in elementa. Sic igitur patet q̄ posito p̄missa falsa est quantum ad hoc q̄ posuit aliquod corpus simplex preter elementa nota. Ulterius ergo ostendit cōi rōne q̄ nullum elementorū possit esse infinitum: q: si aliquod elementorum esset infinitum impossibile esset totum vniuersum esse aliud: nisi illud elementum: ⁊ oporteret q̄ oīa alia elementa cōuerterent̄ in ipsum: vel iam essent cōuersa in ipsum: propter excellentiam virtutis infiniti super alia: sicut Heraclitus dicit q̄ q̄ncq3 futurum est q̄ oīa conuertantur in ignem: ꝓpter excellentem ignis virtutē. ⁊ eadem rō est de vno elementorum: ⁊ de alio corpore: qd̄ faciunt quidam naturales extra elementa. oꝫ enim illud aliud habere contrarietatē ad elementa cum ex eo ponant alia generari: mutatio autem non fit nisi ex ꝯtrario in ꝯtrariū: vt ex calido in frigidū: sicut supra ostensum est. Sic igitur ⁊ istud corpus mediū: rōe contrarietatis destruet alia elementa.

Lec.t.

Poret āt d̄ oī ex his ꝯsiderar̄: si cōtigat aut nō contigat corpus īfinitū eē sensibile. Qd̄ aūt oio ipossibile sit corp⁹ īfinitū esse sensibile ex his manifestum.

Co.48.

℄ Lectio octaua.

Postquā Phūs ostēdit n̄ eē corp⁹ sensibile īfinitū scd̄a suppositiōe q̄ sint elemēta finita. Hic ostēdit idē simpl'r absq3 oī suppositiōe. ⁊ p̄mo dicit d̄ quo ē intētio. Scdo exeq̄t̄ ꝓpositū ibi. (Aptū .n. natū ē) Dicit ergo p̄mo q̄ ex his q̄ ꝯsequūt̄ oꝫ ꝯsiderare d̄ oī corpore vl'iter nulla suppositiōe facta: si cōtingat quodcūq3 corp⁹ nāle eē infinitū. ⁊ ex sequētibus rōibus manifestū fiet q̄ nō.

℄ Deinde cum dicit.

℄ Aptū .n. natū est oē sensibile alicubi eē ⁊ loc⁹ aliqs est vniuscuiusq3 ⁊ idē ptis ⁊ omnis ē: vt toti⁹ terre ⁊ vnius glebe: ⁊ ignis et scintille.

℄ Ostendit propositum quattuor rationibus. secunda incipit ibi (Omnino autem manifestum) tertia ibi (Simpl'r omne corpus sensibile est) quarta ibi. (Simpliciter autē ⁊ si impossibile). Circa primam rationem tria facit. primo p̄supponit quedam necessaria ad rationem. Secundo ponit rationē ibi (Quare siquidem eiusdē speciei) Tertio excludit quandā falsam opinionē. ibi. (Anaxagoras āt inconuenienter.) Premittit ergo tria: quorum primum est: q̄ omne corpus sensibile habet aptitudinem naturalē vt sit in aliquo loco. Sm̄ est q̄ cuilibet corpori naturali conuenit aliquis locus locorū que sunt: tertium est q̄ idem ē locus naturalis ptis: ⁊ toti⁹: sicut toti⁹ terre ⁊ vni⁹ glebe: ⁊ totius ignis: ⁊ vni⁹ scintille. ⁊ huius signum est q̄ in qualicūq3 parte loci totius ponat̄ ps corporis q̄escit ibi.

℄ Deinde cum dicit.

¶ Quare siquidem sit eiusdem spēi aut immobile erit: aut semp mouebitur: ⁊ ipossibile est. Quid enim magis deorsum aut sursum aut alicubi. Dico autem vt si gleba sit alicubi: ipsa vbi mouebitur: aut vbi manebit. Locus enim infinitus erit sibi ⁊ cognati sibi corporis. Utrū igitur continebit totuz locū ⁊ quomodo. Que igit̄ ⁊ vbi māsio ⁊ motus ipsius: aut vbiqꝫ manebit. Nō ergo mouebit̄. Aut si vbiqꝫ mouebit̄. Nō ergo stabit. Si aūt dissimile ē oē: dissimiles ⁊ loci sunt: ⁊ primū qdē nō vnū corpus oīs est: sed aut in tāgendo. Postea aut finita hec erūt: aut infinita spē. Et finita qdem nō eē pñt. Erūt. n. alia qdē finita: alia vo nō: si oē infinitū ē. vt ignis aut aqua. Corruptio aūt hmōi in cōtrariis esset: sicut dcm̄ ē prius. Et pp hoc nullus vnū ⁊ infinitū ignē facit: neqꝫ terrā physiologorum: sed aut aerē: aut aquā: aut ipsoruz medium: quia locus vniuscuiusqꝫ manifestus erat ⁊ determinatus. Hec autem terminantur ad duas partes sursum ⁊ deorsum. Si autem infinita ⁊ simplicia sunt: ⁊ loci infiniti ⁊ elementa infinita erunt. Si autem hoc impossibile est: ⁊ loca finita sunt: totum finitum esse necesse est. Impossibile. n. est non comparare locuz ⁊ corpus. Neqꝫ enim locus omnis maior est: qꝫ quantūcūqꝫ cōtingit corpus simul esse. Similiter aūt neqꝫ infinitū erit corpus: neqꝫ corpus maius qꝫ locus aut. n. vacuum erit aliquid: aut corpus nusqꝫ aptum natum est esse.

Co.49.

¶ Ponit rōnē q̄ talis ē. Si ponat̄ aliqḋ corpus infinitum aut oꝫ ꝙ totū sit vnius speciei cū suis ptibus: sic aqua vel aer: aut ꝙ hēat ptes dissimiliū specieꝝ: vt hō: aut planta. Si hꝫ oēs ptes vnius speciei seqt̄ fm̄ pmissa ꝙ vl' sit totaliter imobile ⁊ nūqꝫ moueat̄: aut ꝙ semp moueatur. quoꝝ vtrūqꝫ ē ipossibile: q: p altez hoꝝ excludit̄ qes ⁊ p altez mot⁹ a reb⁹ nālibus: ⁊ vtroqꝫ mō tollit̄ rō nature: cū nā sit pncipiū motus ⁊ qetis. Qḋ aūt sequat̄ ꝙ sit vel totaliter mobile vel totalit̄ qetū: pbat cōsequenter p hoc ꝙ nō eēt assignare rōnē: quare aliqd magis sursuz aut deorsum moueat̄: aut i quācūqꝫ ptē. ⁊ hoc manifestat p exemplū. ponamus. n. ꝙ totū illud corp⁹ infinitū sile i ptib⁹ sit terra: nō erit assignare vbi aliq̄ gleba terre moueatur: vel vbi quiescat: q: quālibet ptez loci infiniti occupabit aliquod corpus sibi cognatum. i. eiusdem speciei. nunquid igitur potest dici ꝙ vna gleba moueatur ad hoc ꝙ contineat. i. ꝙ occupet successiue totum locum infinitum: sicut sol mouetur vt sit in qualibet parte circuli zodiaci. ⁊ quō poterit hoc esse vt vna gleba terre ptranseat p oēs partes infiniti loci. Nihil aūt mouet̄ ad impossibile. Si igitur impossibile est ꝙ gleba moueatur ad occupandum totum locum infinitum: vbi erit quies eius ⁊ vbi motus ei⁹: aut enim oꝫ ꝙ semper quiescat ⁊ sic nūqꝫ moueatur: aut ꝙ semper moueatur: ⁊ sic nūqꝫ quiescat. Si autem detur alia pars diuisionis. s. ꝙ corpus infinitum habeat partes dissimiles fꝫ speciē: sequitur etiā ꝙ dissimilia sint loca diuersarum partiū. alius est enim locus naturalis aque: ⁊ alius terre. sed ex hac positione sequitur primo ꝙ corpus totū infinitum non sit vnum simpliciter: sed fm̄ quid. s. fm̄ contactum. ⁊ sic non erit vnum corpus infinitum vt ponebat̄.

Et q: posset aliquis non reputare hoc inconueniēs: subiungit aliā rationem contra hoc: ⁊ dicit: ꝙ si totum infinitum cōponitur ex dissimilibus partibus: necesse est ꝙ huiusmodi partes dissimiles fm̄ speciem: aut sint specierum finitarum aut infinitarum fm̄ numerum. Non autez potest esse ꝙ sint finitarum specierum: q: oportebit si totum est infinitum: ꝙ quedam sint finita fm̄ quantitatem. ⁊ q̄dam infinita: aliter enim ex finitis numero non posset cōponi infinitum. hoc autem ponere: sequitur ꝙ illa que sūt infinita corrumpant alia propter contrarietatem: vt prius dictum est in precedenti lectione. ⁊ ideo etiam nullus antiquorum naturaliū philosophorū vnū pncipiū quod dicat esse infinitum posuit ignem vel terram que sunt extrema. Sed magis aquā vel aerem vel aliquod mediū: q: loca istorum erant manifesta ⁊ determinata. s. sursum ⁊ deorsum: non sic autem est de aliis: sed terra est deorsuz respectu eorum: ⁊ ignis sursum. Si vo aliquis accipiat aliam ptem. s. ꝙ corpora partialia sint infinita secundum speciem sequitur ꝙ loca sint etiam infinita secundum speciem: et ꝙ elementa sint infinita. Si autem hoc est impossibile: ꝙ elementa sint infinita: vt in primo probatum est: ⁊ ꝙ loca etiā que sunt: sunt finita. cū nō sit possibile inuenire infinitas species locorum: necesse est ꝙ totum corpus sit finitū ⁊ q: concluserat ex infinitate corporum infinitatem locorum: subiungit ꝙ impossibile est: nō cōparare corpus ad locū: q: non potest esse ꝙ sit locus maior. qꝫ quantum cōtingit esse corpus: neqꝫ corpus pōt esse infinitum: si locus non est infinitus: ⁊ neqꝫ corpus potest esse maius qꝫ locus quocūqꝫ modo: q: si locus sit maior qꝫ corpus: sequit̄ ꝙ sit vacuum alicubi: aut si corpus sit maius qꝫ locus: sequitur ꝙ aliqua pars corporis non sit in aliquo loco.

Lec. 11.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Anaxagoras aūt incōuenieñter dicit de infiniti mansiōe. Fulcire. n. ipm seipsū dic̄ infinitū. Hoc aūt ē: q: in seipso ē. Aliud. n. cōtinet nihil.

Co.50.

¶ Excludit quēdam errorem. ⁊ primo ponit ipsum ⁊ dicit ꝙ anax. dixit infinitum quiescere. Sed inconuenienter assignauit rationem quietis eius. dixit enim ꝙ fulcit. i. sustentat infinitum seipsum: q: est in se ⁊ non in alio: cum nihil ipsum contineat: ⁊ sic non possit extra se moueri.

¶ Secundo ibi.

¶ Tāqꝫ vbi vtiqꝫ aliquid sit aptū natū sit ibi esse. Hoc aūt nō vez est. Erit. n. aliquid alicubi: ⁊ nō ibi aptum natuz ē eē. Si igit̄ q: maxie nō mouetur totum: in seipso nāqꝫ fulcitur. ⁊ in seipso est: imobile esse necesse est. Sed quare nō aptum natuz sit moueri dicenduz est: nō. n. sufficiens est sic dicentē euadere. Erit. n. vtiqꝫ ⁊ quodlibet aliud nō motum: sed aptum natū esse nihil probibet: quoniam ⁊ terra nō fertur: neqꝫ si ifinita eēt ferretur coercita tn̄ a medio. Sed non q: non est aliud vbi mutatur manebit i medio: sed non mouebitur: q: nō apta nata est sic: sed tn̄ licebit vtiqꝫ dicere: qa fulcit se ipsam. Si ergo neqꝫ i terra hec causa est cum sit ifinita: sed qa grauitatem habet: graue autē manet i medio: similiter ⁊ ifinituz manet vtiqꝫ i seipso propter quandam aliam causam: sed non qa ifinitum est: ⁊ fulcit ipsum seipsum.

Co.51.

Co.52.

¶ Improbat duabus rationibus quod dictum est. quarum prima est ꝙ anax. sic rationem assignauit de quiete infiniti: ac si vbi aliquid sit: ibi natum sit esse: quia ex hac sola ratione dixit infinitum quiescere: quia est in seipso. Sed hoc non est verum ꝙ vbi aliquid est: ibi semper aptum natum sit esse: q: aliquid est alicubi per violentiam: ⁊ nō naturaliter. q̄uis igitur hoc maxime verum sit ꝙ totū infinitum non mouetur q: sustentat ⁊ manet in seipso: ⁊ sic est

imobile. sed nō dicendū erat: quare nō est aptum natum moueri. Non. n. pōt aliqs euadere sic dicēs ꝙ nō mouetur infinitum: q: eadē ratione: ⁊ de quocūq3 alio nihil ꝓhiberet ꝙ nō moueat: sed si sit aptū natū moueri: q: ⁊ si terra eēt finita: sicut nūc nō ferret: qn ē in medio: ita ⁊ tūc non ferret quātū ad ptē q̄ eēt in medio: sed hoc nō eēt q: non hēret aliqd aliud vbi sustētaret nisi in medio: s3 q: nō h3 aptitudinē nālē vt a medio moueat. Si ergo ita ē i terra ꝙ nō ē cā quare qescat in medio: q: ē infinita sed q: grauitatē h3 ex qua nata ē manere i medio: simil'r de quocūq3 alio infinito assignāda ē cā quare qescat: ⁊ nō q: ē infinitū: vel q: fulcit seipsum. Aliā aūt rationem ponit ibi.

¶ Similiter aūt manifestū ꝙ et si sit: q̄libet ps īdigebit manere. Sicut. n. infinitū i seipso manet se fulciēs: sic et si q̄libet ps accipiat: in seipsa manebit. Con⁹. n. et partis similes loci sūt: sic terre et glebe deorsū: et oīs ignis et scintille sursum. Quare si infiniti locus quod in seipso et idem partis: manebit ergo in seipso.

¶ Quia si totū infinitū qescit ꝙ manet in seipso: seqt ꝙ q̄libet ps ex necessitate qescat ꝓpter h⁹ ꝙ manet i seipsa. Idē. n. est locus totius ⁊ ptis: vt dictū ē: vt ignis ⁊ scintille ⁊ terre ⁊ glebe. Si g° totius infiniti locus ē ipsummet seqtur ꝙ q̄libet ps infiniti maneat in seipsa sicut in ꝓprio loco.

¶ Secūdā rōnē ponit ibi.

Co. 53. ¶ Omnino aūt manifestū est ꝙ ipossibile ē simul dicere infinitū corp⁹: et locū quendā corporib⁹ esse si oēm corp⁹ sensibile: aut grauitatē h3: aut leuitatē: et si graue qdē i medium nā h3 ferri: si vō leue sursum necesse. n. et infinitū corp⁹. Impossibile aūt aut omne vtrūlibet aut mediū vtrūq3 sustinere. Quomō. n. diuides: aut quō infiniti erit hoc qdē sursū: illud aūt deorsum: aut vltimum: aut medium.

¶ Et dicit ꝙ oīno manifestū est qd impossibile ē dicere esse infinitū corpus in actu: eo qd cuiuslibet corporis ē aliqs locus si oē corpus sensibile: aut h3 grauitatē aut leuitatē: sicut antiq dixerūt ponētes infinitū: q: si sit corpus graue oz ꝙ nāliter ferat ad mediū. Si aūt sit leue necesse est ꝙ ferat sursū. si g° sit aliqd īfinitū corp⁹ sensibile: necesse ē ꝙ ēt in corpore infinito sit sursum ⁊ mediū. Sed ipossibile est ꝙ totū infinitū sustineat in se vtrūlibet hoꝝ. s. sursum vel mediū: vel ꝙ ēt sustineat vtrūq3 fm diuersas medietates quō. n. infinitū poterit diuidi vt vna ps eius sit sursum: ⁊ alia deorsum: vel ꝙ in infinito sit vltimū aut mediū: nō est igit corpus sensibile infinitum.

¶ Tertiā rōnem ponit ibi.

Co. 54. ¶ Amplius oē corp⁹ sensibile i loco ē. Loci aūt species et differentie sursū et deorsū anī et retro: dextrorsū ⁊ sinistrorsū ⁊ hec nō solū ad nos et pōnes sūt: sed in ipso toto determinata sunt. Impossibile aūt i īfinito hoc esse.

¶ Et dicit ꝙ omne corpus sensibile est in loco. Differentie aūt loci sunt sex: sursū deorsum: anī ⁊ retro dextrorsū: ⁊ sinistrorsū q̄ qdē sunt determinate nō solū quo ad nos sed ēt in ipso toto vniuerso. determinant. n. fm se hmōi positiōes in qbus sunt determinata pncipia ⁊ termini motus. vn̄ in aīatis determinant sursum ⁊ deorsum fm motū alimēti: anī ⁊ retro fm motū sensus dextrorsū ⁊ sinistrorsum scdm motū ꝓcessiuū cuius pncipiū ē a pte dextra in rebus aūt inanimatis in qbus nō sunt pncipia determinata hoꝝ motuū dr̄ dextrorsū ⁊ sinistrorsū ꝑ cōparatiōē ad nos dr̄. n. colūna dextra q̄ ē ad dexterā hoīs: ⁊ sinistra q̄ ē ad sinistrā: s3 i toto vniuerso determinat sursū ⁊ deorsum scdm motū grauiū: ⁊ leuiū fm aūt motū celi determinat dextrū oriēs: sinistrū occidēs. anī vō hemisperiū superius retro vō hemisperiū īferi⁹: sursum vō meridies: deorsum vō septētrio. Hec aūt nō pñt determinari i corpore infinito. Impossibile ē g° totū vniuersū eē infinitū.

¶ Quartam rōnem ponit ibi.

Co. 55. ¶ Simpliciter aūt si impossibile est locū eē infinitum: in loco aūt oē corpus ē ipossibile ē infinitū eē aliqd corpus. At vō qd alicubi est ⁊ in loco est: ⁊ qd in loco ē: alicubi est. Si igit neq3 quātitatē possibile est infinitā esse: quātum. n. aliqd erit vt bicubitum aut tricubitum: hec. n. signāt quātum: sic in loco q: alicubi: hoc ē autē aut sursum aut deorsū aut in aliqua alia distātia q̄ sūt sex. Hoꝝ āt vnū qdq3 termin⁹ aliqs ē.

¶ Et dicit ꝙ ipossibile ē eē locū infinitū cū oē corp⁹ sit in loco seqt ꝙ ipossibile sit eē aliqd corp⁹ īfinitū. s3 ꝙ ipossibile sit eē locū īfinitū sic. ꝓbat: q: hec duo ꝯuertūt eē i loco ⁊ eē i aliquo loco sicut ⁊ eē hominē: ⁊ eē aliquē hoīez: ⁊ esse quātitatē ⁊ eē aliquā quātitatē. Sicut igit ipossibile ē eē quātitatē infinitā: q: seqret aliquā quātitatē eē īfinitā: vt bicubitū ⁊ tricubitū qd ē ipossibile: ita ipossibile ē eē locū infinitū: q: seqret aliquē locū īfinitū eē vl' sursū vl' deorsū ⁊ hmōi: qd ē ipossibile cū qdlib3 eoꝝ significet quēdā terminū: vt dcm̄ ē. sic ergo nullū corp⁹ sensibile ē infinitū.

Co. 56. Quod qdē igit actu corpus nō sit infinitum manifestum ex his. Quod autē si non sit infinitum multa impossibilia accidant: manifestū est: temporis. n. erit quoddam principium ⁊ finis: ⁊ magnitudines non diuisibiles in magnitudines: ⁊ numerus non erit infinitus. Cum autē determinatur sic neutro modo videtur contingere: ob hoc videlicet est manifestum ꝙ sic quidem est: sic autem nō.

¶ Lectio nona.

Postquā Phus disputatiue ꝓcessit de īfinito: hic icipit determinare v'itatē. ⁊ pmo ostēdit an sit īfinitū: secundo qd sit ibi (Accidit aūt ꝯtrium) Prima diuidit in duas i pma ostēdit quō infinitū sit. in s'cda cōparat infinita adinuicē ibi (Aliter aūt i tpe) Circa pmū tria fac. pmo ostēdit ꝙ infinitū quod̄ mō ē: ⁊ quodāmodo nō est. scdo determinat ꝙ ē i potētia: ⁊ nō ē sic actu ens ibi (Dicit qdē igit) Tertio manifestat quō sit i potētia ibi (Nō oz āt potētia ens) Dicit ergo pmo ꝙ ex pmissis manifestū ē ꝙ nō sit aliqd corp⁹ infinitū in actu. Itē ex his q̄ anī dicta sūt manifestū ē ꝙ si infinitū simplicit' nō sit ꝙ multa ipossibilia accidūt quoꝝ vnū ē ꝙ tps hēbit pncipiū ⁊ finē: qd reputatur incōueniēs scdm ponentes eternitatē mūdi: ⁊ iteꝝ sequet qd magnitudo nō semꝑ sit diuisibilis in magnitudines: s3 qñq3 deueniat ꝑ diuisionez magnitudinū ad q̄das q̄ nō sunt magnitudines. Sed oīs magnitudo est diuisibilis. Item sequet ꝙ numerus nō augeat in īfinitū: q: igit fm determinata neutrū vr cōtingere: neq3. s. ꝙ infinitum sit actu neq3 ꝙ simpliciter nō sit necesse est dicere ꝙ quodammodo est quodam modo non est.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Dicit igit esse aliud qdē potentia: aliud vō actu. Et infinitum est quidem appōne: est autē ⁊ ablatione: magnitudo autem quod quidem actu nō sit infinita: dictum est diuisione autē est. Nō. n. difficile destruere indiuisibiles lineas. Relinquitur igitur potentia esse infinitum. Co. 57.

¶ Ostēdit ꝙ īfinitū est sic potentia ens. ⁊ dic ꝙ aliqd dr̄ esse i actu: ⁊ aliqd dr̄ esse in potentia. infinitū aūt dicit esse

per appositionem: sicut in numeris vel per ablationem sicut in magnitudinibus. ostensu est.n. q magnitudo nō est actu infinita. et sic in magnitudinibus p appositionē infinitū nō inuenit: sed p diuisionē in eis inuenit infinitū. Nō.n. est difficile destruere opinionē ponentiū indiuisibiles eē lineas vel sm aliā literam nō est difficile ptm atomas lineas.i. ostēdere lineas quas quidā ponūt indiuisibiles esse partibiles. dicit aūt infinitū in appositione vel diuisione sm q pōt apponi vel diuidi. Relinquitur igitur q infinitum sit tanq in potentia ens.

Deinde cum dicit.

Non oportet aūt potentia ens accipere: sicut si possibile sit hoc statuā esse: quod et erit hec statua: sic et infinitū: qd erit actu. Sed quoniā multipliciter est eē quēadmodū dies et agon in semper aliud et aliud fieri: sic et ifinitū est. Et nāq in his est et potentia et actu. Olympia.n. sunt et in posse agonē fieri: et in eo quod fit.

Ostēdit quō ifinitū sit i potētia: dupliciter.n. inuenit aliqd i potētia: vno mō sic q totū pōt reduci i actū sicut possibile ē hoc es eē statuā: q: aliqñ erit statua nō aūt sic dr eē infinitū i potētia. q totū postea sit i actu. Alio mō aliqd dr in potētia esse: qd postea fit actu ens: nō qdē totū simul: sed successiue. Multipliciter.n. dr aliqd eē: vel q: totū ē simul: vt hō et domus: vel q: semp vna ps eius fit post aliā: p quē modū dr eē dies et ludus agonalis. et hoc mō dr infinituz eē sil' et i potētia et i actu. oīa.n. hmōi sil sunt i potētia: qntū ad vnā ptē: et actu qntū ad aliā. olympia.n.i. festa agonalia q celebrant i mōte olympo dicunt eē et durare sm agones posse fieri: et fieri i actu q: quādiu durabāt ista festa: aliq ps illox ludox erat i fieri: et alia erat vt ifutux fienda.

Deinde cum dicit.

Aliter aūt et in tēpore manifestū quod ifinitū et in hoibus et diuisione magnitudinū.

Cōparat diuersa ifinita adiuicē. et pimo cōparat ifinituz tpis et gnatōis ifinito qd ē i magnitudinib': scdo cōparat infinitū sm appositionē et ifinitū sm diuisionē i magnitudinib' ibi. (Qd aūt sm appositionē.) Circa pmū tria facit: pimo pponit qd itendit: et dicit q alr manifestat ifinitū in gnatiōe hoium et i tpe: et alr in diuisiōe magnitudinuz.

Secundo ibi.

Oīno quidē enī sic est infinitū in semper aliud et aliud accipiendo: et acceptū quidē semper esse finitū: sed semper alterz et alterū. Quare infinitū non oportet accipere sicut hoc aliquid: vt hominez aut domum: sed sicut dies dicitur et agon: quibus esse non sicut substantia quedam facta est: sed semper in generatione aut corruptione finitum: sed semper alterum et alterum.

Co.58.

Ostēdit qd sit cōe oīb' infinitis. et dicit q hoc oīo et vniuersaliter in oīb' infinitis inuenit q ifinitū ē in semp aliud et aliud accipiēdo: sm qndā successionē: ita tñ q qcquid accipit i actu de infinito totū sit finitū: vñ nō opz accipe q infinitū sit aliqd demōstratū: sicut accipim' hoiem vel domuz: sz sicut sunt successiua: vt dies et lud' agonalis: quox eē nō ē hoc mō: q aliqd eox sit sicut qdā substātia pfecta tota actu existens. In gnātiōe aūt et corruptiōe et si a ifinitū pcedatur semp p illud qd accipit in actu est finitū. In toto.n. decursu gnātōis et si pcedat in ifinitū: et oēs hoies q simul actu accipiunt sunt finiti sm numerz: et hmōi finitū opz accipe alterum et alteruz: sm q quedam hoies succedūt qbusdā.

Tertio ibi.

Sed in magnitudinibus quidē permanente accepto hoc accidit: in hoibus aūt et tēpore corruptis sic vt non sit deficere.

Ostēdit etiam et dicit q illud finitū qd accipit i magnitudib' vel apponēdo vel diuidēdo pmanet et nō corrūpit. Sz illa finita q accipiunt in ifinito decursu tpis et gnationis hūane corrūpunt: ita q p istū modū nō attingit tps et gnatione deficere.

Deinde cum dicit.

Quod autez sm appositionē idē quodāmodo est et quod est sm diuisionē. In finitū enim sm appositionē fit econtrario. secundū q.n. diuisum videtur in infinitū: sic appositū videbitur ad determinatuz. In finita.n. magnitudine sic accipiens aliquis determinatum accipiet eadem ratione: non eandē aliquā magnitudinez ratione accipiens non transibit finitum. Si ergo sic augmentet vt semper eandē aliquā sit accipere magnitudinē transibit finitū: propter id quod omne finitū remouetur quolibet finito. Aliter quidē igitur nō est: sic aūt est infinitū potentia et diuisione. Et actu autē est: sicut diē eē dicimus et agonē. et potentia sic sicut materiā: et nō per se sicut finitū. Et sm appositionē igitur sic ifinitū potētia est: quod idē dicim' quodāmodo esse ei quod est sz diuisionē. Sēper quidē.n. aliquid ipsius extra est accipere.

Co.59.

Co.60.

Cōparat duo ifinita q sunt in magnitudinib'.s. sm appositionē et sm diuisionē. Et circa hoc tria facit. pimo ponit pueniētiā iter vtrūq ifinitū: scdo ostēdit drīaz. (Ibi nō tñ excellit.) Tertio ifert quādā pclusionē ex dictis ibi (Quare neq ē excellere.) Dicit ergo pimo q quodāmō ifinitū p appositionē est idē cū ifinito sm diuisionē: q: ifinitum sm appositionē fit ecōuerso cū ifinito sm diuisionem sz.n. q aliqd diuidit i infinitū: sicut hoc i infinitū vr posse apponi ad aliquā determinatā qntitatē. Manifestat igitur quō sit infinitū diuisiōe in magnitudine. et dicit q si aliqs i aliq magnitudine finita accepta aliq pte determinata p diuisionē: semp accipiat diuidēdo alis ptes: sm eādē rōnē.i. pportionē: sz nō sm eādē qntitatē in eadē pportiōe: nō ptrāsibit diuidēdo illud finitū puta si a linea cubitali accipiat medietatē: et itex a residuo medietatē: et sic i infinitū pcedere pōt. Seruabit.n.i subtrahēdo eadez pportio: sz nō eadē qntitas subtractu: minus est.n. sm qntitatē dimidiū dimidij: q dimidiū totius. sz si semp sumeret eādē qntitatez oporteret q semp magis ac magis augeret pportio pu ta si a qntitate.x. cubitox subtrahat vnus cubitus: subtractū se hz ad totū in subdecupla portiōe. Si aūt itex a residuo subtrahat vnus cubitus subtractuz se hēbit in maiori pportione minus.n. vnus cubitus excedit a.ix. quā a.x. sicut igit seruādo eādē pportionē diminuit qntitas: ita sumēdo eādem qntitatem augetr pportio. Si ergo aliqs subtrahēdo ab aliqua magnitudine finita semp augeat pportionē sumēdo eādē qntitatem trāsibit magnitudinem finitā diuidēdo: puta si a linea cētum cubitox semper subtrahat vnū cubitū. et hoc iō q: oē finitum psumit quocūq finito semp accepto alr igit infinitū nō est sm diuisionē nisi i potentia qd tñ ēt simul est actu cū potētia: sicut dctm ē de die et de agone. et cū ifinitū sit semp in potētia assimilat materie q est semp i potētia: et nō est p se ens i actu totuz sicut finitū est i actū et sicut ifinitū sm diuisionē est i potētia cuz actu simul. Silr dicēdum ē de ifinito sm appositionē qd quodāmō est idē cum ifinito sm diuisionē: vt dctm ē. Inde autē manifestum est q ifinitum p appositionē est i potentia. q: sp contingit aliquid aliud accipere apponendo.

Deinde cum dicit.

Non tñ excellit omnē determinatā magnitudinē: sicut in diuisione excellit omne determinatuz: et erit minus.

¶ Ostēdit differētiam īter īfinitū sm appositionē ⁊ īfinitū sm diuisionē: ⁊ dicit ꝙ īfinitū ꝑ appositionē nō excedit ꝯ maximas oēm magnitudinē finitā datā: sȝ īfinitū sm diuisionem excedit oēm determinatā puitatē ī minꝰ. accipiamus. n. aliquā determinatā paruitatē: puta vnius digiti si lineā centum cubitoꝝ diuidam in īfinitū accipiēdo semꝑ dimidiū: venietur ad aliqd minus digito vno: sȝ apponēdo in īfinitum ecōtrario diuisioni erit dare aliquā ꝗtitatē finitā ꝗ nūꝗ ptrāsibit. dent. n. due magnitudies quaꝝ vtraqȝ sit. x. cubitoꝝ: ⁊ tertia ꝗ sit. xx. si igit id qd subtrabo in īfinitū accipiēdo semꝑ dimidiū ab vna magnitudine. x. cubitoꝝ addat alteri ꝗ et ē decē cubitoꝝ nunꝗ ꝑueniet in īfinitū apponēdo ad mēsurā ꝗtitatis ꝗ ē. xx. cubitoꝝ: q: ꝗtū remanebit ī magnitudie cui subtrabit: tm̄ deficiet a mēsura data ī ꝗtitate cui addet. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quare neqȝ est excellere omne sm appositionem: neqȝ potentia possibile est esse: siquidē non est sm accidens actu infinituȝ: sicut dicunt physiologi extra corpus mundi cuius substātia est aer aut aliud huiusmodi. Sed si non possibile est ꝙ īfinitū corpus sensibile actu sit manifestū ꝙ neqȝ potētia vtiqȝ erit sm appositionē: sed aut sicut dictū est ecōtrario diuisioi.

¶ Inducit ꝯclusionē ex dictis. ⁊ p̄mo īducit eā. scđo manifestat ꝑ dictū Platonis ibi. (Quā ⁊ Plato) Dicit ergo ꝙ ex quo appō in īfinitū nō facit trāscēdere oēm determinatā ꝗtitatē: nō est possibile eē: nec ēt ī potētia ꝙ excellat oīs determinata ꝗtitas ꝑ appositionē. q: si eēt ī nā potētia ad oppositionē trāscēdentem oēm ꝗtitatē sequeret ꝙ eēt actu īfinitū: sic ꝙ īfinitū eēt accn̄s alicui nature: sicut nāles ꝑhi extra corpꝰ huiꝰ mūdi qd videmꝰ ponūt ꝙ est quoddam īfinitū cuiꝰ sba ē aer vel aliqd aliud huiusmodi. Si ergo nō est possibile esse corpus sensibile actu īfinitū: vt ostē-

Lec.8.

sum est seqt ꝙ nō sit potētia in nā ad appōem trāscēdentem oēm magnitudinē: sȝ solū ꝑ appōnem īfinitā ꝑ ꝯriuȝ diuisioni: vt dcm̄ est ꝗre aūt si esset ī potētia ad īfinitā additionē trāscēdentē oēm magnitudinē sequat esse corpus īfinitū ī actu: nō aūt ad additionē īfinitā ī numeris trāscēden-

Lec.11.

teȝ oēm numeꝝ sequat eē nūeꝝ īfinitū ī actu: ifra ostēdet. ¶ Deinde cum dicit.

Lo.61.

¶ Quā ⁊ plato propter hoc infinita duo fecit: quia ⁊ ī augmētū videt excellere ⁊ īfinituȝ abire ⁊ ad anihilationē. faciēs tm̄ duo n̄ vtitur duobus. Neqȝ. n. ī numeris sm diuisionē īfinitū est: vnitas eni minimū est: neqȝ in augmentū: vsqȝ nāqȝ decem facit numeꝝ.

¶ Manifestat qd dixerat ꝑ dictū Platonis: ⁊ dicit ꝙ q: īfinitū ī appōne magnitudinū ꝙ est ꝑ opposita diuisionē: ꝓꝑ hoc Plato duo fecit īfinita. s. magnū qd ꝑtinet ad additionē ⁊ ꝑuū qd ꝑtinet ad diuisionē: q:. s. īfinitū vr̄ excellere ⁊ ꝑ additionē ī augmētū: ⁊ ꝑ diuisionē ī decremētuȝ: vel tendēdo in nihil. Sed cū ipse faciat duo īfinita non tm̄ vtit eis: q: cū numeꝝ poneret sbam esse oium reꝝ in numeris nō inenit īfinitū ꝑ diuisionē: q: in eis est minimum vnitas: neqȝ ēt ꝑ additionē scđm ipsum: q: dicebat ꝙ species numeroꝝ nō variātur nisi vsqȝ ad. x. ⁊ postea reddit ad vnitatem computando vndecim ⁊ duodecim.

Lo.62.

a Accidit aūt ꝯrariū esse īfinitū: ꝗȝ sicut dicunt: nō. n. cuius nihil est extra: sed cuiꝰ semꝑ aliqd est extra hoc īfinitū ē.

Lectio decima.

p Postquā ꝑhus ostēdit quō est īfinituȝ: hic ostēdit qd sit īfinitū. ⁊ circa hoc tria facit p̄mo ostēdit qd sit īfinitū scđo ex hoc assignat rōnem eoꝝ ꝗ de īfinito dicuntur. ibi. (Scđm rōnez aūt accedit.) Tertio soluit rōnes ꝗ supra posite sunt ibi. (Reliquū aūt est.) Circa primuȝ duo facit. primo ostēdit qd sit īfinitū excludēs quorūdā falsam diffinitionē scđo excludit quādā falsam opinionē ꝯsurgentez ex illa falsa diffinitiōe ibi. (Quā hic accipiūt dignitatē.) Circa p̄mū tria facit. ⁊ p̄mo ꝓponit qd ītendit. scđo manifestat ꝓpositū ibi. (Signū nāqȝ.) Tertio īfert ꝗdā ꝯclōnez ex dictis ibi. (Unde meliꝰ ē opinādū.) Dicit ergo primo ꝙ ꝯrio mō diffiniēdū est īfinitū quā sicut ꝗdā diffinierūt. Diꝯerūt. n. ꝗdā ꝙ īfinitū ē extra qd nihil est. Sed ꝯdicēdum est ꝙ īfinitū est cuius semper est aliquid extra.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Signū aūt est: ⁊ nāqȝ anulos dicūt īfinitos vt habētes circulationē: quia semper est extra accipere: sm similitudinē quādā dicētes: nō tm̄ proprie. Oportet enim ⁊ hoc esse: ⁊ nō aliquādo idē recipi. ī circulo aūt nō sic fit: sed semper quod est ꝯiter solū alteꝝ. Infinituȝ quidē igit

Lo.63.

hoc est: cuius sm quantitatē accipiētibus semper est aliquid accipere extra.

¶ Manifestat ꝓpositū. ⁊ p̄mo ostēdit ꝙ sua assignatio sit bona: scđo ꝙ assignatio antiquoꝝ sit icōpetēs ibi. (Cuius aūt nihil ē extra.) Ostēdit ergo p̄mo ꝙ īfinitū sit cuius sꝑ ē aliqd extra ꝑ quoddā signū. Dicūt. n. ꝗdā ꝙ anuli sunt īfiniti: q: ꝑ hoc ꝙ hn̄t quādā circulationē sꝑ ē ibi supponere ptē ad ptē acceptā. sȝ hoc dr̄ sm silitudinē ⁊ nō ꝓprie: q: ad hoc ꝙ aliqd sit īfinitū reqrit hoc. s. ꝙ extra quālibet ꝑteȝ acceptā: sit ꝗdā aliā: ita tm̄ ꝙ nunꝗ resumat illa ꝗ p̄us fuit accepta. Sȝ ī circulo nō ē sic: q: ꝑs ꝗ accipit post aliaȝ ptē est alia solū ab eo ꝙ īmediate acceptū ē nō tm̄ ab oībꝰ ꝑtibus p̄us acceptis: q: vna ꝑs pōt multotiēs resumi: vt ꝑȝ in motu circulari si igit anuli dicunt īfiniti ꝑꝑ hāc similitudinē: seqt ꝙ illud qd ē vere īfinitū sit cuiꝰ semꝑ sit aliqd extra accipe si aliqs velit accipe eiꝰ ꝗtitatē: nō. n. pōt comꝑhendi ꝗtitas infiniti sed si quis velit eam accipere: accipit partem post partem in īfinitum vt supra dictum est.

Lec.9.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Cuius aūt nihil est extra: hoc perfectū est ⁊ totū. Sic. n. diffinimꝰ totū: cui nihil ab est: vt hoīem totū aut arcā. Sicut autē singulare: sic ⁊ quod proprie: vt totū cuius nihil est extra cuius aūt absentia extra est: nō oē ē: cui absit. To-

Lo.64.

tum autem ⁊ perfectum aut idē penitus: aut ꝓximū sm naturā est. Perfectū autē nullū non habēs finē. Finis aūt terminus est.

Lec.9.

¶ Probat ꝙ diffinitio antiquoꝝ sit incōpetens: tali rōne. id cuiꝰ nihil ē extra: ē diffinitio ꝑfecti ⁊ totiꝰ qd sic ꝓbat: diffinit. n. vnūquodqȝ eē totū cui nihil deest: sic dicimꝰ hoieȝ totū aut arcā totā qbꝰ nihil deest eoꝝ ꝗ debēt hre. ⁊ sicut hoc dicimꝰ in aliquo singulari toto: vt ē hoc ꝑticulare vel illud: ita ēt hec rō cōpetit in eo qd est vere ⁊ ꝓprie totū. s. ī vniuerso extra qd simpliciter nihil ē cuȝ aūt aliqd desit ꝑ absentiā alicuiꝰ extrinsecitꝰ nō ē totū. Sic igit manifestū ē ꝙ hec ē diffinitioꝰ totiꝰ totū ē cuiꝰ nihil est extra. Sȝ totū ⁊ ꝑfectū vel sunt penitꝰ idē vel sunt ꝓpinqua sm nām. ⁊ hoc iō: q: totū nō inenit ī simplicibꝰ ꝗ nō hn̄t ptes ī qbus tm̄ vtunt noīe ꝑfecti ꝑ hoc igit manifestū ē ꝙ ꝑfectū ē cuius nihil ē extra ipm. Sȝ nullū carēs fine ē ꝑfectū: q: finis est perfectio vniuscuiusqȝ. Finis aūt est terminus eius cuius est finis nullū igit īfinitū ⁊ īterminatū ē ꝑfectū. Non ergo cōpetit īfinito diffinitio perfecti cuiꝰ. s. nihil est extra.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Unde melius est opinādū permenidē melisso dicere. Hic quidē enim īfinitū totum dicit. Totum autē finiri a medio eque pugnās. Nō enim linū lino est cōtinuare oi ⁊ toti infinitum.

¶ Inducit quãdã conclusionẽ ex dictis: q2 .n. infinito non cõpetit diffinitio totius: manifestũ est q melius dixit parmenides q̃ melissus. melissus .n. dixit totũ vniuersum esse infinitũ: parmenides vero dixit q totũ finiter p eque pugnãs a medio: in quo designant q corpus vniuersi esse sphericũ. In spera aũt linee a medio vsq ad terminũ .s. circũferẽtiã ducunt̃ fm equalitatẽ quasi eque pugnantes sibi inuicem.

¶ Linee a centro ad circũferẽtiã ducunt̃ fm equalitatẽ.



τ recte dr̃ q totũ sit finitũ: q2 totũ τ infinitũ: nõ se inuicẽ cõsequunt̃ q̃si sibi cõtinuata: sicut lino cõtinuat̃ linum in filando erat .n. prouerbiũ vt ea q̃ cõsequũtur dicerent̃ sibi cõtinuari sicut linum lino. ¶ Deinde cum dicit.

Co.65. ¶ Quoniã hinc accipiũt dignitatẽ de infinito: quod est oĩa cõtinens: τ oĩa in seipso habens: propter id quod habet similitudinẽ quandam cũ toto. Est .n. infinitũ perfectionis magnitudinis materia: τ quod potentia totũ est. Actu vero non. Diuisibile autẽ est ad diuisionem τ ad oppositã appositionẽ. Totũ autẽ τ finitu3 non secundu3 se sed fm aliud. Et non continet: sed continetur in quantũ est infinitum. Unde ignotum: est inquãtũ est infinitum. Speciẽ .n. nõ habet materia. Ergo manifestum est q magis in
Co.66. partis ratione sit infinitũ quã in totius: pars enĩ materia totius est: sicut es statue.

¶ Excludit quãdam falsam opinionẽ ex predicta diffinitiõe exortã: τ primo cõiter q̃tũ ad oẽs: scdo spẽaliter q̃tũ ad platonẽ ibi. (Qm̃ si cõtinet.) Dicit ergo primo q q2 existimauerũt infinitũ cõiungi toto: hic acceperunt quasi (dignitatẽ) .i. rẽ p se notã. De infinito q oĩa cõtineret: τ oĩa in se hẽret pp hoc q h3 quãdam similitudinẽ cũ toto: sicut id qđ ẽ in potentia h3 similitudinẽ cũ actu. Infinitũ .n. magñtum est in potẽtia est sicut mã respectu pfectionis magnitudinis: τ est sicut totũ in potẽtia nõ aũt in actu qđ p3 ex hoc q infinitũ dr̃ fm
Tex.9. q possibile est aliqđ diuidi in minus: τ fm q ex opposito diuisionũ põt fieri appositio vt dictũ ẽ: sic igit̃ infinitũ scđm se .i. scđm ppriã rõnẽ est i potẽtia totũ τ ẽ impfectũ sicut mã nõ hñs pfectionẽ nõ aũt est totũ τ finitũ scđm se .i. fm ppriã rõnẽ q̃ est infinitũ: s3 fm aliud .i. fm finẽ τ totum ad qđ est i potẽtia. diuisio enĩ q̃ est possibilis in infinitũ fm q ad aliqđ terminat̃ dr̃ esse pfecta: τ scđm q vadit in infinitũ est ipfecta. τ manifestũ est q cũ totius sit cõtinere materie aũt cõtineri: q infinitũ magñtũ huiusmodi nõ cõtinet: s3 cõtinetur i quantũ .s. ad qđ d̃ infinito est i actu sp cõtinet̃ ab aliquo maiori s3 q possibile est aliqđ extra accipe ex hoc aũt qđ est sicut ens i potẽtia nõ solũ hoc seqt̃ q infinitũ cõtinet̃ τ nõ cõtineat: s3 et̃ sequunt̃ due alie cõclusiones: quaz vna est

q infinitũ magñtũ huiusmodi ẽ ignotũ: q2 ẽ sicut mã nõ hñs spẽm .i. formã: vt dcm̃ ẽ. mã aũt nĩ cognoscit̃ nisi p formã. Tex. alia cõclo ẽ q̃ ex eodẽ seqt̃: q infinitũ magis h3 rõnẽ ptis q̃ totius: q2 mã cõpat̃ ad totũ vt ps τ recte infinitũ se h3 vt ps: magñtũ nõ est de ipso accipe nisi aliquam partez i actu.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Qm̃ si cõtinet autẽ i sensibilibus τ in itelligibilibus magnũ τ paruũ oportuit cõtinere itelligibilia icõueniẽs aũt τ ipossibile ignotu3 τ indeterminatũ cõtinere τ determinare.

¶ Excludit opinionẽ Platonis q ponebat infinitu3 tam in sensibilibus q̃ itelligibilib9. τ dicit q ex hoc manifestu3 ẽ q̃ q si magnũ τ paruũ q̃b9 plato attribuit infinitũ sunt in sensibilib9 τ itelligibilib9 tanq̃ cõtinẽtia pp hoc q cõtinere attribuit̃ infinito. seqt̃ q infinitũ cõtineat itelligibilia. S3 hoc vr̃ eẽ icõueniẽs τ ipossibile q infinitũ cũ sit ignotũ τ indeterminatũ cõtineat τ determinet intelligibili non enim determinantur nota per ignota: sed magis econuerso.

Co.67. Ecũdum rationẽ aũt accidit: τ q secundũ appositionẽ nõ esse videri infinitũ sicut oẽm excellat magnitudinẽ i diuisione aũt esse: cõtinetur enim sicut materia intus τ infinitum: cõtinet autẽ species.

¶ Lectio vndecima.

Posita diffinitiõe infiniti: hic ex diffinitiõe assignata assignat rõnẽ eoz q̃ de infinito dicunt̃. τ primo eius qđ dr̃ de appõne τ diuisiõe infiniti: scđo eius qđ infinitũ in diuersis fm ordinẽ inuenit̃ ibi. (Infinitũ aũt nõ ide3 est.) Tertio eius q mathematici vtunt̃ infinito ibi. (Nõ remouet aũt rõ hoc.) Quarto eius q infinitũ ponit̃ principiu3 ibi. (Qm̃ aũt cause.) Circa primũ duo facit primo assignat rõnẽ eius q dr̃ de infinito circa diuisionẽ τ appositionẽ i magnitudinibus scđo eius q dr̃ in numeris p cõparationẽ ad magnitudines ibi. (Rõnabiliter aũt est.) Dictu3 ẽ aũt supra q appositio i infinitũ sic inuenit̃ in magnitudinibus: qđ mĩ nõ
Tex.9. excedit̃ p hoc q̃cunq3 determinata magnitudo. Sed diuisio in infinitũ sic inuenit̃ in magnitudinibus: q diuidẽdo trãsitur quecũq3 q̃titas in minus vt supra expositu3 est. hoc aũt fm rõnem dicit accidere. q2 cũ infinitũ hẽat rõnẽ mãe cõtinet̃ intus sicut mã. illud autẽ qđ cõtinet ẽ spẽs τ forma.
Tex.5. Manifestũ ẽ aũt ex his q̃ dcã sunt i scđo q totũ h3 rõnez forme ptes aũt rõnẽ materie. Cũ ergo i magnitudinib9 a toto itur ad ptes p diuisionẽ: rõnabile est q ibi nullus terminus inueniatur qui nõ trãscẽdat̃ per infinitam diuisionez. Sed i additiõe itur a ptibus ad totũ qđ h3 rõnem forme cõtinẽtis τ terminãtis. vnde rationabile est q sit aliqua determinata q̃titas: quam infinita appositio nõ trãscẽdat.

¶ Deinde cum dicit.

Co.68. ¶ Rationabiliter autem est τ i numero quidẽ ad numerum esse terminum: ad plus autẽ semper omnez excellere multitudinem. In magnitudinibus autem econtrario. In minus quidẽ excellere omnem magnitudinem: sed in maius non esse magnitudinem infinitam. Causa autẽ est: quia vnum est idiuisibile quodcũq3 vnu3 sit: vt homo vnus homo: τ nõ multi. Numerus autem est vno plura τ quelibet quedam. Quare necesse est stare ad idiuisibile. Duo nãq3 τ tria denominatiua noĩa sunt: siliter τ aliorum numeroꝝ vniusquisq3.

¶ Assignat rationem de infinito in numeris per cõparationem ad magnitudines. dr̃ enim q in numero inuenitur aliquis terminus in minus quem nõ diuidẽdo trãscẽdere sed nõ inuenitur aliquis terminus in plus: q2 quolibet nu

Lec.9.

mero ē inuenire aliū numerū maiorē p additionē. In magnitudinib⁹ aūt ē ecōuerso: vt dem̄ ē. ⁊ huiꝰ rōnē assignat. ⁊ pmo qdē q̄re i numeris aliqs termin⁹ inueniat q in minus nō trāscēdit diuidēdo: huius rō ē: q: oē vnū inq̄ntū vnū est idiuisibile: sicut hō idiuisibilis ē vnus hō: ⁊ non multi. quēlibet aūt numerū oꝫ resoluere i vnū qḋ pꝫ ex ipsa rōne numeri. Numerus.n. hoc significat ꝙ sint aliq̄ plura vno quelꝫ aut plura excedētia vnū siue plus vel minus sunt determinate spēs numerorū: vñ cū vnū sit de rōne numeri: ⁊ de rōne vnius sit idiuisibilitas: sequit ꝙ diuisio numeri stet i termino idiuisibili. Quod aūt dixerat ꝙ de rōne numeri sit ꝙ sint plura vno manifestat p spēs: q: duo ⁊ tria ⁊ qlꝫ alius numerus denominat ab vno. vñ dr̄ i qnto meta. sba senarii est in hoc ꝙ sit sexies vnū: nō aūt i hoc ꝙ sit bis tria vel ter duo: q: sequeret ꝙ vni⁹ rei eēnt plures diffinitiones ⁊ plēs sbe: q: ex diuersis ptib⁹ diuersimode cōsurgit vnus numerus. ¶ Deinde cum dicit.

Lec.

¶ In plus autem semper est intelligere: infinite autez sunt decisionis magnitudinis. Quare potentia quidem est: Actu vero non sed semper excellit acceptum omnem multitudinez determinatam. Sed nō separabilis est hic numerus a decisiōe neqꝫ manet infinitas: sed fit semper sicut ⁊ tempus ⁊ numerus temporis.

¶ Assignat cām q̄re i numeris additio excedat oēm determinatā multitudinē ⁊ dicit ꝙ possum⁹ sp̄ itelligere quolꝫ numero dato aliū numerū maiorē: p hoc ꝙ magnitudo diuidit in īfinitū. Manifestū ē.n. ꝙ diuisio cāt multitudinē: vñ q̄nto plus diuiditur magnitudo: tāto maior multitudo ɔsurgit: ⁊ iō ad īfinitā diuisionē magnitudinū: seqt īfinita additio numerorū. iō sicut īfinita diuisio magnitudinis non est in actu: sꝫ i potētia: ⁊ excedit oē determinatū i min⁹ vt dem̄ ē: ita additio numerorū īfinita nō ē in actu: sꝫ in potentia: ⁊ excedit oēm determinatā multitudinē. sed hic numerus q sic i infinitū multiplicat nō ē nomer⁹ separatus a decisiōe magnitudinū. ¶ Circa qḋ sciēdū est: ꝙ dio: vt dem̄ est multitudinē cāt. Est aūt diuisio duplex vna formalis q̄ est p opposita: ⁊ alia fm q̄titatē. Prīa aūt diuisio causat multitudinē q̄ ē d trāscēdentib⁹: fm ꝙ ens diuidit p vnū ⁊ multa: sꝫ diuisio ɔtinue q̄titatis causat numerū: q ē spēs q̄titatis: inq̄tū hꝫ rōnē mēsure. ⁊ hic numer⁹ multiplicabilis ē i infinitū: sicut ⁊ magnitudo diuisibilis ē i infinitū. sꝫ multitudo q̄ seqt diuisionē formalē rerū: nō multiplicat in īfinitū. sunt.n. determinate spēs rerū: sicut ⁊ determinata q̄titas vniuersi. ⁊ iō dicit ꝙ hic numer⁹ q multiplicat i infinitū nō separat a diuisiōe ɔtinui neqꝫ in hic numer⁹ sic est īfinit⁹ sicut aliqd pmanēs: sꝫ sicut: sp̄ i fieri ext̄ns: inq̄tū successiue addit sup: a quolibet numerū datū. sicut ēt ē de tpe ⁊ de numero tpis numerus.n. tpis crescit successiue per additionē diei ad diem: non ꝙ omnes dies sint simul.

¶ Deinde cum dicit.

Lec.9.

Co.69.

¶ In magnitudinibus autem contrarium est. Diuiditur autem in infinita cōtinuum. In maius autem non est in infinitum. Quantum enī contingit potentia esse: ⁊ actu cōtingit tm̄ esse. Quare quoniam infinita est nulla magnitudo sensibilis: non contingit omnis excellentiā esse magnitudinis determinate. Esset.n. vtiqꝫ aliquid celo maius.

Lec.8.

¶ Ostendit ꝙ ecōtrario est in magnitudinibus. Diuidit n. ɔtinuū in īfinitū vt dem̄ ē: sꝫ in maius nō pcedit in infinitum ēt fm potētiā: q: q̄tū vnūqḋqꝫ ē in potentia: tm̄ pōt eē in actu. Si igit esset in potentia nature ꝙ cresceret magnitudo in īfinitū: sequeret ꝙ eēt aliqua magnitudo sensibilis īfinita: qḋ ē falsum vt sup: a dictū est. Relinqt igitur ꝙ nō ē in potētia additio magnitudinū in īfinitū. sic ꝙ excedat ois determinata q̄titas q: sequeret ꝙ esset aliqd maius celo: ex quo pꝫ falsum esse qḋ qdā dicūt ꝙ mā pma ē in potētia ad oēm q̄titatē. nō.n. est mā pma in potētia nisi ad terminatā q̄titatē. pꝫ ēt ex pmissis rō quare nō oꝫ numerū tm̄ eē i actu: q̄tū est i potētia: sicut hic dr̄ de magnitudine: q: additio nomeri seqt diuisionē ɔtinui p quā addit ad id qḋ est i potētia: ⁊ ad mām vñ nō oꝫ deuenire ad aliquē actū finientē potētiā: sꝫ additio magnitudinis deuenit in actū: vt dictū est. Cōmentator aūt assignat aliā rōnē: q: potētia ad additionē magnitudinis est in vna ⁊ eadē magnitudine sꝫ potētia ad additionē nomerorū est in diuersis nomeris: iq̄ntū cuilibet numero pōt aliqd addi. sꝫ hec rō parū valet q: sicut p additionē est alia ⁊ alia spēs numeri ita alia ⁊ alia spēs mēsure: fm ꝙ bicubitū ⁊ tricubitū dicunt spēs q̄titatis ⁊ ēt qcqd addit supiori numero: additur inferiori. ⁊ fm hoc in vno ⁊ eodem numero. s. binario vel trinario est potentia ad infinitam additionem.

¶ Deinde cum dicit.

Co.70.

¶ Infinitum autem nō idem est in motu ⁊ magnitudine ⁊ tempore tanq̄ꝫ vna quadam natura: sed posterius dicitur ⁊ secūdum prius. Ut motus quidē quia prior est magnitudo in qua mouetur. aut alteratur. aut augmētatur. Tempus autem propter motum. Nūc quidem.n. vtimur his posterius autem tentabimus dicere. ⁊ quid est vnumquodqꝫ. ⁊ quia omnis magnitudo fit in magnitudines diuisibilis.

¶ Ośdit qūo īfinitū inueniat diuersimode in diuersis. ⁊ dicit ꝙ īfinitū nō est fm eādem rōnē in motu: ⁊ i magnitudine ⁊ tpe ac si esset vna nā vniuoce pdicata de eis. Sꝫ dr̄ de posteriori eorū fm prius sicut de motu pp magnitudinē i qua ē motus vel localis: vel alterationis: vel augmenti de tpe aūt pp motū: ⁊ hoc iō q: īfinitū cōpetit q̄titati motus aūt ē q̄tus fm magnitudinē: ⁊ tpᷤ pp motuꝫ vt infra patebit. ⁊ ideo dicit ꝙ nunc vtimur his: sed posterius manifestabitur de vnoquoqꝫ eorūꝫ quid sit: ⁊ ꝙ omnis magnitudo sit diuisibilis in magnitudines.

4. Lec.

¶ Deinde cum dicit.

Co.71.

¶ Non remouet autem ratio neqꝫ mathematicos a consideratione auferens sic esse aliquid infinitum. vt actu sit in augmentū intransibile. Neqꝫ enim sic indigent infinito neqꝫ enī vtuntur. sed solum esse quātumcunqꝫ velint finita: Maxime autem magnitudini scdm eandem ē est secari rationem quantumcunqꝫ magnitudo sit altera. Quare ad demonstrandum quidem illo modo nihil differt. Esse autem in existentibus erit magnitudinibus.

¶ Ośdit qūo mathematici vtunt īfinito: ⁊ dicit ꝙ rō predicta qua pbam⁹ nō eē magnitudinē īfinitā i actu: nō remouet ɔsiderationē mathematicorū q̄ vtunt īfinito: puta cū geometra dicit ꝙ sit talis linea īfinita: nō enī idigent ad suā demōstrationē īfinito in actu: neqꝫ eo vtunt: sꝫ solū indigent ꝙ sit aliq̄ linea finita: tāta q̄ta est eis necessaria: vt ex ea possint subtrahere qḋ volūt. ⁊ ad hoc sufficit ꝙ aliq̄ maxima magnitudo sit: q: alicui maxime magnitudini cōpetit ꝙ possit diuidi fm q̄tācunqꝫ pportionē respcū alterius magnitudis date. vñ ad demōstrādū nō differt vtrū sit hoc mō vel illo. s. vel infinita vel finita maxima q̄titas sꝫ q̄tū ad esse rei multum differt: vtrum sit vel non sit.

¶ Deinde cum dicit.

Co.72.

¶ Cū aūt cause diuise sint quadrifariā. manifestū qḋ sicut materia īfinitū cā est. ⁊ qḋ eē qdē ipsi priuatio est. Per se autem subiectum continuum ⁊ sensibile est. Uidentur autē ⁊ omnes

ali sicut materia vtentes infinito. Unde incō ueniens est cōtinēs ipsum facere sed nō con tentum.

¶ Ondit quō īfinitū sit principiū: ⁊ dicit ꝙ cū sint quat tuor genera causaꝝ. vt supra dictū est: pꝫ ex premissis ꝙ īfinitū est cā sicut mā. īfinitū enī hꝫ eē in potentia qd̄ est ꝓpriū mā̄e. Sed mā q̄dē q̄nq₃ est sub forma q̄nq₃ autē sub ꝑuatione. Infinito aūt nō ꝯpetit ratio materie: fm̄ ꝙ ē sub forma sed fm̄ ꝙ ē sub ꝑuatione: q₂. s. īfinitū dr̄ p re motionē pfectionis ⁊ termini ⁊ pp hoc subiungit ꝙ ipsi īfinito eē est ꝑuatio. i. rō īfiniti ī ꝑuatione cōsistit. ⁊ ne ali quis itelligat: ꝙ infinitū est mā sicut mā pᵃ. subiungit ꝙ p se subiectū ꝑuationis q̄ ꝯstituit rōnē₃ īfiniti est ꝯtinuū sensibile. ⁊ hoc apparet infinitum q₂ qd̄ est in numeris causat ex īfinita diuisione magnitudinis: ⁊ similiter īfini tū in tpe ⁊ motu causat ex magnitudie. vn̄ relinquit ꝙ primū subiectū īfiniti sit ꝯtinuū ⁊ q₂ magnitudo scd̄m eē nō ē separata a sensibilibꝰ: sequit ꝙ subiectū īfiniti sit sen sibile. ⁊ ī hoc ēt ꝯcordant oēs antiq q̄ vtunt̄ īfinito sic p̄n cipio mā̄li. vn̄ incōueniens fuit ꝙ attribuerunt īfinito cō tinere: cum mā̄ non sit ꝯtinere: sed magis cōtineri.

co.73.

Reliquū autem est aggredi. scd̄m quas rationes infinitum esse videtur: ta nō solū potentia: sed sicut determina mē est. Alia quidē ipsorum nō necessaria sunt Alia vero hn̄t quasdā veras cōtrarietates.

Lectio. xij.

Tc.6.

Post quaꝫ. phūs p diffinitionē in finiti rōnes eoꝝ q̄ de ī finito dicunt̄ assignauit. hic soluit rōnes que supra posite sunt ad oñdendū īfinitū eē. ⁊ p̄ mo dicit de qᵒ est itentio sc̄o exeq̄t̄ ꝓpositū ibi. (Neque enī vt gn̄atio) Dicit ergo pᵒ postea q̄ dcā sunt de īfinito reliquū est soluere rōnes fm̄ quas videbat̄ oñdi ꝙ īfi nitū sit nō solū ī potentia: sicut supra determinauimꝰ: sed ꝙ sit in actu: sicut ea que sunt īfinita ⁊ determinata. alique n. illarū rōnum nō ꝯcludunt ex necessitate: sed sunt totali ter false alique autem earum ex aliqua parte verum con cludunt. Deinde cum dicit.

Tc.11.

Neq₃ enim vt generatio nō deficiat necessa rium est infinitum esse actu sensibile corpus. Contingit enim alterius corruptionē alterius generationē esse: cum omne finitum sit.

solutio. 3. rōnis

Amplius cum non diuisum sit: sicut pars in toto dicitur: vt sicut in oculo uisus: ⁊ in corpore manus. Cum autem diuisum est: ut in cado aqua: et in sypho uinum. Manus quide3 enim cum corpore mouetur. aqua autem in cado.

¶ Et dicit ꝙ cum contentum non sit diuisum a continente: sed continuum cū tunc dicitur esse in eo sicut pars ī toto: vt visus est sicut pars formalis in oculo ⁊ manus sicut pars organica in corpore: sed cum diuisum est contentu3 a continente: tunc dicitur esse in eo: vt in vase: sicut aqua in cado: ⁊ vinum in sypho. quorum hec est differentia ꝙ manus mouetur cum corpore: sed nō in corpore: s3 aqua mouetur in cado. Cum igitur supra dictum sit ꝙ esse ī loco est sicut esse in vase. non autem sicut pars in toto: sequitur ꝙ locus sit continens diuisum.

co.35.

Jam igit̄ manifestū ex his quid est locus.

Fere. n. quattuor sunt: quorū necesse est locum unum aliquid esse. Aut enim forma aut materia est aut spacium aliquod in medio extremorum: aut extrema si non est spacium ullum preter impositi corporis magnitudinem.

Lectio sexta.

Remissis his que sunt necessaria ad inuestigandum diffinitionem loci: hic inuestigat loci diffinitionem. ⁊ circa hoc tria facit. primo inuestigat particulas diffinitionis. Scđo concludit diffinitionem ibi. (Quare terminus). Tertio ostendit eam bene assignatam ibi. (Et propter medium). Circa primum duo facit. primo inuestigat genus loci. secundo differentiam completiue diffinitiōis eius ibi. (Videtur autem magnum aliquid). Ad inuestigandum autem genus loci vtit̄ diuisione quadam: vnde circa hoc tria facit. primo proponit diuisionem: secundo excludit tria membra diuisionis ibi. (Horū aūt quod non cōtingat). Tertio concludit quartū ibi (Si igit̄ nihil horū). Dicit ergo primo ꝙ iam ex premissis potest esse manifestum qd sit locus. videtur enim s̄m ea que cōuenerūt de loco dicta ꝙ locꝰ sit vnū de q̄ttuor. s. vel materia vel forma vel aliquod spaciū inter extrema continentis vel si nullū spaciu3 est inter extrema continentis: quod habeat aliquas dimēsiones preter magnitudinē corporis qđ ponitur infra con

pars continens oportebit dicere quartum. ꝙ extrema corporis continentis sint locus.

Deinde cum dicit.

Horum autem ꝙ non contingat tria eẽ manifestum est.

¶ Excludit tria mẽbra pdicte diuisionis. ⁊ pᵒ. ꝓpõit qđ intendit dicens: manifestũ est ꝑ sequentia: ꝙ nõ contingat locum esse aliquod horum triũ. Scđo ꝓsequitur ibi.

Sed propter id quod continet: videtur forma esse. In eodem enim sunt extrema continẽtis et contenti.

¶ Et primo de forma. secundo de spacio ibi. (Sed ex eo ꝙ mutatur.) Tertio de materia ibi. (Et materia autem videtur.) Circa primũ duo facit: primo ponit quare locus videatur esse forma. qꝛ .s. forma cõtinet ꝙ videtur esse proprium loci: extrema vero corporis continentis ⁊ contenti sunt simul cũm continens ⁊ contentum sint contigua adinuicem: ⁊ sic terminus continens qui est locus: non videtur separatus esse a termino corporis contenti. ⁊ sic videtur locᵒ non differre a forma. Scđo ibi.

Co.36. **Sunt quidem igitur vtraqꝫ termini: sed non eiusdem: sed species quidem rei: locus autem continentis corporis.**

¶ Ostẽdit ꝙ forma nõ sit locus: qꝛ quãuis locᵒ ⁊ forma ĩ hoc conueniant: ꝙ vterqꝫ eorum est quidam terminus non tamen vnius ⁊ eiusdeꝫ sed forma ẽ ⁊ terminus corporis cuius est forma: locus autem non est terminus corporis cuius est locus sed corporis continentis ipsum. ⁊ licet sint simul termini continentis ⁊ ɔtenti nõ tñ sunt idẽ

Deinde cum dicit.

Sed ex eo ꝙ mutaꝛ multotiens manẽte cõtinente contentum et diuisum: ut ex uase aqua ipsum medium esse aliquid uidetur spacium: tãqꝫ aliquid sit preter corpᵒ quod trãsfertur.

¶ Prosequitur de spacio. ⁊ primo ponit quare spaciũ videtur esse locus. secundo ostendit ꝙ non sit locus. ibi. (Hoc autem nõ est). Dicit ergo pᵒ ꝙ qꝛ multotiens mutatur corpus contẽtũ a loco ⁊ diuisum ab eo de loco in locum ⁊ succedunt sibi corpora inuicem in eodem loco ita quod continens remanet immobile: eo modo quo aqua exit a vase propter hoc videtur ꝙ locus sit aliquod spacium medium inter extremitates corporis continentis. ac si aliquid esset ibi preter corpus: quod mouetur de vno loco ad alium. quia si nõ esset aliud ibi ꝑter illud corpus sequeretur ꝙ vel locus non esset aliud a locato vel ꝙ id quod est medium inter extremitates continentis si posset esse locus. sicut autem oꝫ locum esse aliquid preter corpus contentum: ita videtur ꝙ oporteat locum esse aliqđ ꝑter corpᵒ cõtinẽs: ex eo ꝙ locus manet immobilis corpus autem continens ⁊ omne quod est in eo contingit trãsmutari. nihil autem aliud potest intelligi esse preter corpus continens ⁊ contentum nisi dimensiones spacij in nullo corpore existentes. Sic igitur ex hoc ꝙ locus est immobilis: videtur ꝙ spacium sit locus.

Deinde cum dicit.

Co.37. **Hoc aũt nõ ẽ: sed cõtingẽs ĩcidit corpᵒ eoꝝ q̃ trãsferunꝛ: et q̃ se apta nata sũt cõtingere. Si aũt aliquid eẽt spaciũ aptũ natũ et manẽs in eodẽ loco: ĩfiniti utiqꝫ eẽnt loci. Distãte eñi aere et aqua idẽ faciẽt omnes partes in toto: quod quidem omnis aqua in uase.**

¶ Ostendit ꝙ spacium non sit locus duabus rationibus. Circa quarum primam dicit ꝙ hoc nõ ẽ verum ꝙ aliquid sit ibi infra extremitates corporis cõtinentis preter corpus contentum quod transfertur de loco in locum. Sed infra illas extremitates corporis continentis incidit aliquod corpus. quodcunque illud esse contingat: ita tamen; quod sit de numero corporum mobilium ⁊ iterum de numero corꝝ in que sunt apta nata tangere corpᵒ continens. sed si posset esse aliquod spacium mediũ ꝑter dimensiones corporis contenti: quod semper maneret in eodeꝫ loco: sequeretur hoc inconueniens ꝙ infinita loca simul essent: ⁊ hoc ideo qꝛ cum aqua ⁊ aer habeant proprias distantias: ⁊ quodlibet corpus ⁊ quelibet pars corporis ⁊ omnes partes idem facient in toto qđ tota aqua facit in vase. secundum vero eorum positionem qui tenent sententiam de spacio: cum tota aqua est in vase: sunt ibi alie dimensiones spacij preter dimensiones aque omnis autem pars continetur a toto. sicut locatum a vase nec differt nisi solum quantum ad hoc ꝙ pars non est diuisa: locatum autem ẽ diuisuꝫ. Si ergo pars diuidatur in actu sequetur quod sint ibi alie dimensiones totius cõtinentis: preter dimensiões partis. nõ potest aũt dici ꝙ diuisio faceret ibi esse de nouo aliquas dimensiones: non enim diuisio causat dimensionem. sed preexistenteꝫ diuidit ergo anteqꝫ pars esset diuisa a toto erant alie proprie dimensiones partis preter dimensiones totius penetrantes etiam partem. quot ergo partes est accipe ꝑ diuisionem in aliquo toto: ita ꝙ vna contineat aliam. tot dimensiones ab inuicem distincte erunt ibi. quarum quedaꝫ alias penetrabunt. est autem accipere in infinitum in aliquo toto continuo partes que alias cõtinent ꝓpter hoc ꝙ continuum in infinitum diuiditur. Relinquitur igitur ꝙ sint infinite dimensiones se inuicem penetrantes. Si igitur dimensiones corporis continentis penetrantes locatum sit locus sequitur ꝙ sint infinita loca simul. quod est impossibile.

Deinde cum dicit.

Simul aũt erit et locᵒ trãsmutãs quare erit loci aliᵒ locᵒ. Et multi loci simul erunt. Nõ ẽ aũt aliᵒ locᵒ ptis i quo mouet: cũ totũ uas trãsmutaꝛ: sed idẽ. i quo eñi ẽ cõmutaꝛ aer et aqua aut partes aque. Sed nõ ĩ quo fiunt loco: qui pars est loci: qui est locus totius celi.

¶ Põit scđaꝫ rõneꝫ q̃ talis est. Si dimẽsiões spacij qđ est infra extremitates corporis continentis sit locus sequitur ꝙ locus transmutetur. Manifestum est enim ꝙ transmutato aliquo corpore. vtputa amphora transmutatur illud spacium ꝙ est infra extremitates amphore cũ nunquam sit nisi vbi est amphora. Omne autem quod transmutatur in aliquem locum. penetratur. secundum eorum positioneꝫ a dimẽsionibus spacij in quod trãsmutaꝛ. Sequiꝛ ergo ꝙ aliqꝫ alie dimensiones subintrãt dimensiones illius spacij amphore. ⁊ sic loci erit alius locᵒ ⁊ multa loca erunt simul. hoc ergo inconueniens accidit quia ponitur alius esse locus corporis contenti. vt aque ⁊ vasis vt amphore. Nam secundum illorum opinioneꝫ locus aque est spacium quod est infra extremitates amphore. Locus autem totius amphore est spacium quod est infra extremitates corporis continentis amphoram. sed nos non dicimᵒ ꝙ alius sit locus partis ⁊ in quo mouetur pars cum totum vas transmutatur: secundum idẽ Dicit autem hic partem corpus. contentum in vase vt aquam contentam in amphora. quia secunduꝫ Ar. aqua mouetur per accidens vase transmutato. ⁊ non mutat locum nisi inquantum amphora locũ mutat. vnde nõ oportet ꝙ locus in quem vadit. sit locus partis per se. sed solum inquantum est locus amphore. Sed scđm tenentes opinionem de spacio. sequitur ꝙ ille locus per se respondeat aque. sicut ⁊ amphore ⁊ ꝙ ꝑ se etiã respondeat spacio ⁊ sic per se loquendo spacium illud mouebitur ⁊ habebit locum ⁊ non soluꝫ per accidens. ⁊ licet corpus continens quandoqꝫ moueatur non tamen sequitur secundũ opinionem Ar. ꝙ locus moueatur aut ꝙ loci sit locus. contingit quidem enim aliquod corpus continens in quo est aliquid contentũ moueri. sicut aer vel aqua: aut alique partes aque. vtputa si nauis est in fluuio partes aque que inferius continent nauem mouentur. sed tamẽ locus non mouetur. ⁊ hoc est quod subdit. (Sed non in

quo fiunt loco) .i. sed non illud in quo aliqua fiunt: (sicut in loco mouet). et quod hoc sit verum ostendit per hoc quod subdit. (quod est pars loci qui est locus totus celi .i. licet n. hoc continentum moueatur prout est hoc corpus: tamen prout consideratur secundum ordinem quem habet ad totum corpus celi non mouetur. nam aliquod corpus quod succedit eundem ordinem vel situm habet per comparationem ad totum celum: quem habuit corpus quod prius effluxerat. hoc est ergo quod dicit quod licet aqua vel aer moueantur non tamen mouetur locus prout consideratur ut pars quedam loci totius celi habentis determinatum situm in vniuerso. Deinde cum dicit.

Et materia aūt videtur vnqz esse locus: si quis inquirere aliquis consideret et non in separato sed continuo. Sicut enim si alteratur est hoc quidem nunc vnqz album nunc aūt nigrum: et nunc quidem durum olim aūt molle: unde dicimus aliquid esse materiam: sic et locus per talem quandam videtur esse phantasiam. Verumtamen illud quidem quoniam quod nunc est aqua: prius erat aer: locus autem quia ubi nunc est aqua ibi erat aer.

¶ Prosequitur de materia. et primo ostendit quare materia dicatur esse locus. Secundo ostendit quod non sit locus ibi. (Sed materia quidem. Dicit ergo primo quod materia videtur esse locus .s. si aliquis consideret transmutationem corporum succedentium sibi in eodem loco in aliquo vno subiecto quiescente secundum locum: et non habeatur respectus ad hoc quod locus est separatus: sed attendatur solummodo transmutatio in aliquo vno continuo. aliquod enim corpus continuum et quietum secundum locum cum alteratur: vnum et idem nunc quidem est album: nunc autem nigrum et nunc est durum et prius molle. et propter istam transmutationem formarum circa subiectum dicimus quod materia est aliquid: que manet vna facta transmutatione secundum formam: et per talem etiam apparentiam videtur locus esse aliquid: quia in eo permanente succedunt sibi diuersa corpora. sed tamen alio modo loquendi vtimur in vtroqz. Nam ad designandum materiam vel subiectum: dicimus quod id quod nunc est aqua prius erat aer. ad designandum autem vnitatem loci. dicimus quod vbi nunc est aqua: ibi prius erat aer. Deinde cum dicit.

Sed materia quidem sicut dictum est in prioribus neqz diuisa est a re: neqz continet: rem locus autem vtraqz.

¶ Ostendit quod materia non sit locus: quia sicut supra dictum est materia non est diuisa a re cuius est materia: neqz continet eam quorum vtrunqz competit loco: locus igitur non est materia. Deinde cum dicit.

Si igitur nihil horum trium locus est: neqz species: neqz materia neqz spacium aliquid sed semper est alterum preter id quod est rei distantia: necesse est locum esse reliquum de quattuor continentis terminum corporis. Dico autem contentum corpus quod mouetur secundum loci mutationem.

¶ Remotis tribus membris concludit quartum: et dicit quod locus non est aliquod trium .s. neqz forma. neqz materia: neqz aliquod spacium quod sit alterum preter distantias rei locate: necesse est quod locus sit reliquum de quattuor supra nominatis .s. quod sit terminus corporis continentis. et ne aliquis intelligat contentum vel locatum esse aliquod spacium medium subiungit quod corpus contentum dicitur illud quod est natum moueri secundum loci mutationem. Deinde cum dicit.

Videtur autem magnum aliquid et difficile accipi quid est locus: et propter hoc quod apparet esse materia et forma: et propter hoc quidem quod in quiescente et continente fit transmutatio eius quod fertur. contingere autem videtur esse spacium medium aliud aliquid a motis magnitudinibus. proficit autem aliquid et aer: et appparens incorporeus esse. Videtur enim non solum terminus vasis esse locus sed et quid est medium tanquam vacuum.

¶ Inuestigat differentiam loci .s. quod sit immobilis. Circa hoc duo facit. Primo ostendit quod ex hac differentia non debite considerata insurrexit quidam error circa locum. Secundo ostendit quomodo sit intelligenda immobilitas loci. ibi. Est autem sicut vas. Dicit ergo primo quod videtur magnum aliquid et difficile accipere quid sit locus: tum propter hoc quod quibusdam videtur quod locus sit materia vel forma que habent altissimam considerationem: vt supra dictum est: tum propter hoc quod mutatio eius quod fertur secundum locum fit in quodam quiescente et continenti: cum igitur nihil videatur esse continens et immobile nisi spacium: videtur contingere quod locus sit quoddam medium. quod est aliud a magnitudinibus que mouentur secundum locum: et ad credulitatem huius opinionis multum proficit quod aer videtur esse incorporeus: quia vbi est aer videtur quod non sit corpus sed quoddam spacium vacuum et sic videtur locus non solum esse terminus vasis: sed quoddam medium tanquam vacuum. Deinde cum dicit.

Est autem sicut vas locus transmutabilis sic locus vas immobile: unde cum quidem in eo quod mouetur moueatur et mutetur quod intus: ut in flumine nauis: tanqz vase vtitur magis quam loco continenti: vult aūt immobilis locus esse. Unde omnis fluuius magis locus est: quia immobilis omnis.

¶ Ostendit quomodo intelligenda est immobilitas loci vt excludatur opinio predicta: et dicit quod vas et locus in hoc differre videntur quod vas transmutatur: locus non: vnde sicut vas potest dici locus transmutabilis ita locus potest dici vas immobile. et ideo cum aliquid mouetur in aliquo corpore quod mouetur: sicut nauis in flumine vtitur isto in quo mouetur: magis sicut vase quam sicut loco continente: quia locus vult esse immobilis .i. de aptitudine et natura loci est quod sit immobilis. et propter hoc magis potest dici quod totum flumen sit locus nauis. quia totum flumen est immobile. Sic igitur flumen totum inquantum est immobile est locus communis. Cum autem locus proprius sit pars loci communis: oportet accipere proprium locum nauis in aqua fluminis: inquantum habet ordinem ad totum flumen vt est immobilis. Est igitur accipere locum nauis in aqua fluente non secundum hanc aquam que fluit: sed secundum ordinem vel situm quem habet hec aqua fluens ad totum flumen qui quidem ordo vel situs idem remanet in aqua succedente. et ideo licet aqua materialiter pertransfluat: tamen secundum quod habet rationem loci prout scilicet consideratur in tali ordine et situ ad totum flumen non mutatur. et per hoc similiter accipere debemus quomodo inter extremitates corporum mobilium naturalium sit locus per respectum ad totum corpus sphericum celi: quod habet fixionem. et immobilitatem propter immobilitatem centri et polorum. Sic igitur licet hec pars aeris que continebat vel hec pars aque effluat et moueatur inquantum est hec aqua: tamen secundum quod habet hec aqua rationem loci semper manet. scilicet situs et ordo ad totum sphericum celi: sicut etiam dicitur idem ignis manere quantum ad formam. licet secundum materiam varietur consumptis et additis quibusdam lignis. et per hoc cessat obiectio que potest fieri contra hoc quod ponimus locum esse terminum continentis quia cum continens sit mobile et terminus continentis erit mobilis: et sic aliquod quietum existens habebit diuersa loca: sed hoc non sequitur quia terminus continentis non erat locus inquantum est hec superficies istius corporis mobilis sed secundum ordinem vel situm quem habet in toto immobili. ex quo patet quod tota ratio loci in omnibus continentibus est ex primo continente et locante scilicet celo. Deinde cum dicit.

co.38.

Te.3.

Co.39.

Co.40.

co.41.

Quare terminus continentis primi mobilis primum hic eſt locus.

Concludit ex premiſſis diffinitionem loci. ſ. ꝙ locꝰ eſt terminꝰ imobilis ꝯtinētis pᵐ. dicit aūt (pᵐ) vt deſignet locū ꝓpriū ⁊ vt excludat locū cōez. Deīn cū dic.

co. 42. Et ꝓpter hoc mediū celi et vltimū ad nos circularis loci mutatiōis videt̄ eſſe: hoc quidē ſurſū: illud vero deorſū: maxīe omnibꝰ ꝓprie: qꝛ hoc quidē ſemꝑ manet. Circulorū aūt vltimū ſimiliter ſe habēs manet. Quare qm̄ qḋ leue quidē ſurſū fert̄ natura. Qḋ vero graue: deorſū: quod quidē ē ad mediū cōtinēs deorſū eſt: ⁊ ipm̄ mediūꝫ. Quod uero ad ultimū ſurſū: et ipſum ultimum.

Oñdit diffinitionē bene aſſignatā: per hoc ꝙ ea que dicunt̄ de loco congruū ſcḋm hanc diffinitionem: ⁊ ponit tria quorū primū eſt ꝙ propter hoc ꝙ locus eſt continens immobile) mediū celi). i. cētrū (⁊ vltimū circularis loci mutatiōis) .i. corporū circulariter motorū: vltimū dico (verſus nos) .ſ. ſuꝑficies orbis lune: (videt̄ hoc qḋē eſſe ſurſum) .ſ. vltimū ꝑdictū: illud vero eſſe deorſum) .ſ. mediū. ⁊ hoc maxime ꝓprie videt̄ dici inter oīa qꝛ centrum ſemper manet: illud aūt qḋ eſt vltimū ī corporibꝰ circulariter motis verſus nos: licet moueat circulariter: tamen manet immotum ſimiliter ſe habet idest in eadem elongatione ad nos. ⁊ quia ad propria loca mouentur corpora naturalia: inde eſt ꝙ leuia naturaliter mouentur ſurſum: ⁊ grauia deorſum qꝛ ipſum mediū ⁊ terminus continens verſus medium vocatur deorſum: ⁊ ſimiliter ipſum vltimū ⁊ qḋ eſt verſus vltimū dicit̄ eſſe ſurſum. Utit̄ aūt tali modo loquendi: qꝛ terre que ē ſimpliciter grauis locus eſt mediū: aque aūt locus eſt verſus mediū. ⁊ ſimiliter locus ignis q eſt ſimpliciter leuis eſt vltimū locus āt aeris ē verſus vltimū. Scḋꝫ pōit ibi.

Et propter hoc planū uidetur eſſe quoddā et ſicut uas locus et continens.

Et dicit qꝛ terminꝰ: ꝓp hoc locus vr̄ eſſe ſicut quedā ſuꝑficies: ⁊ ſicut quoddā vas cōtinens: nō āt ſicut ſpaciū vaſis continentis. Tertium ponit ibi.

Amplius ſimul cum re quoddammodo locus eſt. Simul enim finis eſt locus.

Et dicit ꝙ qꝛ locus eſt terminus: propter hoc ſimul eſt locus ⁊ locatum: qꝛ ſimul eſt finis locati: ⁊ terminus continentis qui eſt locus: qꝛ tangentium vltima ſimul ſūt ⁊ .ſ. ſecundum hoc etiam intelligitur ꝙ locus equat̄ locato quia ſequamt̄ ſecundum extra.

co. 43. Cui quidē igitur corpori ē eſt aliquid extra corpus cōtinens ipſum: hoc in loco eſt. Cui uero non minime.

Lectio ſeptima.

Poſtquam philoſophus diffiniuit locū: hic oñdit qualiter aliqḋ ſit in loco. ⁊ circa hoc duo facit. primo oſtendit qualiter aliqḋ ſimpliciter ſit in loco: ⁊ qualiter non: ſcḋo oſtendit quomodo illud qḋ nō eſt ſimpliciter in loco ſcḋm qḋ in loco ſit ibi. (Uñ ⁊ ſi aqua fiat) Concludit ergo primo ex premiſſis: ꝙ cū locus ſit terminus continentis: cuicūqꝫ corpori adiacet aliquod corpus ꝯtinens ipſū: exterius: hoc eſt in loco ſimpliciter ⁊ p ſe: cui vero corpori non adiacet aliqḋ corpꝰ exterius ꝯtinēs ipſum minime eſt in loco: tale aūt corpus in mūdo non eſt niſi vnū. ſ. vltima ſpera: quecunqꝫ ſit illa. vñ ſcḋm hāc determinationē ſequit̄ ꝙ vltima ſpera nō ſit in loco. Sꝫ hoc videt̄ impoſſibile: qꝛ vltima ſpera mouet̄ in loco: nihil aūt mouetur in loco: quod non ſit in loco. Huiuſmodi igit̄ dubitationis difficultas nō accidit. his qui tenent ſniam de ſpacio. nō eſt .n. eis neceſſe dicere: ꝙ ad hoc ꝙ ſpera vltima ſit in loco: qḋ hēat corpus ꝯtinens: ſed ſpaciū qḋ ītelligit̄ penetrare totū mundū ⁊ oēs ptes eius: eſt locus totꝰ mundi ⁊ cuiuſlibet partiū eiꝰ. ſcḋm eos. Sed hec poſitio ē impoſſibilis: qꝛ vel oportet dicere ꝙ locꝰ nō ſit aliqḋ ꝑter locatum: vel ꝙ alique dimenſiōes ſpacij ſint p ſe exiſtentes. ⁊ tñ ſubintrant dimenſiones corpoꝝ ſenſibiliūꝫ: que ſunt īpoſſibilia. Un Alexander dixit qḋ vltīa ſpera nullo mō eſt ī loco. nō enī omne corpꝰ de neceſſitate ē in loco: cū locꝰ nō cadat ī diffinitiōe corporis. ⁊ propter hoc dixit ꝙ vltīa ſpera nō mouet̄ ī loco neqꝫ ſcḋm totum: neqꝫ ſcḋm partes. Sꝫ qꝛ oꝫ oēm motuꝫ ī aliquo genere motꝰ poni. Auic. cuꝫ ſecutꝰ: dixit ꝙ motꝰ vltīe ſpere nō ē motꝰ ī loco: ſed motꝰ ī ſitu: ꝫ Ar. q dicit in quīto huiꝰ ꝙ motꝰ ē tm̄ in tribꝰ generibꝰ. ſ. in quātitate qualitate ⁊ vbi. Sꝫ hoc nō pōt ſtare. impoſſibile eſt enī ꝙ motꝰ ſit p ſe loquendo in aliquo genere: cuius ſpecies rō in indiuiſibili ꝯſiſtit. propter hoc in ſbā non eſt motus: qꝛ ratio cuiuſlibet ſpeciei ſbe cōſiſtit ī indiuiſibili: eo ꝙ species ſbe non dicunt̄ ſcḋm magis ⁊ minꝰ ⁊ propter hoc cū motus habeat ſucceſſionem: non ꝓducitur in eſſe forma ſbalis p motum: ſed per generationē que eſt terminus motus. ſecus autem eſt de albedine ⁊ ſimilibus: que participantur ſcḋm magis ⁊ minus. quelibꝫ autē ſpēs ſitus habet rationeꝫ in indiuiſibili ꝯſiſtentem ita ꝙ ſi aliquid additur vel minuitur: non eſt eadeꝫ ſpēs ſitus. vnde impoſſibile eſt ꝙ in genere ſitus ſit motus. Et preterea remanet eadem difficultas. nam ſitus ſcḋm ꝙ ponit̄ predicamentuꝫ īportat ordinationē partiuꝫ ī loco: licet ſcḋm ꝙ ponit̄ drīa quantitatis nō īportat niſi ordineꝫ partiuꝫ in toto. omne igit̄ qḋ mouet̄ ſcḋm ſitum oꝫ ꝙ moueat̄ ſcḋm locum. Quidā autē alij dixerunt. ſ. auēpace ꝙ aliter aſſignandꝰ eſt locus corpori ꝙ mouet̄ circulariter ⁊ aliter corpori quod mouetur motu recto. qꝛ enim linea recta eſt imperfecta additionem recipiens corpus quod mouetur motu recto requirit locum exterius continentem. quia vero linea circularis in ſeipſa perficitur corpus qḋ circulariter mouetur non requirit locum exterius continentē: ſed locuꝫ circa quē reuoluatur. vnde ⁊ motus circularis dicit̄ eſſe motus circa medium. Sic igitur dicunt ꝙ ſuperficies conuexa ſpere contente eſt locus prime ſpere. Sed hoc eſt contra ſuppoſitiones communes prius de loco poſitas. ſ. ꝙ locus ſit continens. ⁊ quod locus ſit equalis locato. Et ideo Auerrois dixit ꝙ vltima ſpera eſt in loco per accidens. Ad cuius euidentiam conſiderandum eſt ꝙ omne illud quod habet fixionem per alterum. dicit̄ eſſe per accidens in loco. ex hoc ꝙ id per quod figitur in loco eſt. vt patet de clauo infixo naui ⁊ de homine quieſcente in naui. manifeſtum eſt autem ꝙ corpora circulariter mota habent fixionem per immobilitatem centri. vnde vltima pars dicitur eſſe in loco per accidens. inquantum centrum circa quod reuoluitur habet eſſe in loco. Quod autem alie ſpere inferiores habent per ſe locum in quo continentur. hoc accidit. ⁊ non eſt de neceſſitate corporis circulariter moti. Sed contra hoc obijcitur. quia ſi vltima ſpera ſit in loco per accidens. ſequitur quod moueatur in loco per accidens. ⁊ ſic motus per accidens eſt prior motu per ſe. Sed ad hoc reſpondetur quod ad motum circularem non requiritur. ꝙ id quod mouetur per ſe circulariter ſit per ſe in loco. requiritur autem ad motum rectum. Sed hoc videtur eſſe contra diffinitionem. Ar. quam ſupra poſuit de eo quod eſt in loco per accidens. dixit enim aliqua eſſe vel moueri in loco per accidens. ex hoc ꝙ mouetur id in quo ſunt. non autem dicitur aliquid eſſe in loco per accidens ex hoc ꝙ aliquid quod eſt extrinſecum ab ipſo eſt in loco. Cum igitur centrum ſit omnino extrinſecum a ſpera vltima. ridiculum videtur dicere ꝙ ſpera vltima ſit in loco per accidēs. ex hoc ꝙ centrum eſt in loco. Et ideo magis approbo ſententiā themiſtij qui dixit ꝙ vltima ſpera eſt in loco per ſuas partes. Ad cuius euidentiam conſiderandum eſt: ꝙ ſicut Ar. ſupra dixit nō quere

Marginalia: Queſtio qualiter vltima ſpera ſit ī loco. — Opinio primia contrariū q tenet opinionē de ſpacio. — Imp. — opi. ale — opinio auicen. — Lec. 4. — Imp. opi. auicene. — opinio. auēpace — iprob. lec. 5. — opinio. Auero. — opinio Themiſtij lec.

retur locus:nisi propter motũ qui demonstrat locum ex hoc ꝙ corpora succedunt sibi in eodem loco. Unde licet locus non sit de necessitate corporis:est tñ de necessitate corporis:quod mouetur secundum locum. Sic igitur alicui corpori moto localiter necesse est assignare locum scḋm ꝙ in illo motu consideretur successio diuersorum corporũ i eodeȝ loco. In his igitur q̄ remouent motu recto manifestuȝ est ꝙ duo corpora succedũt sibi in eodem loco scḋm totũ.q: totũ vnũ corpus dimittit totũ locum ⁊ in ipsum totum subintrat aliud corpus. vnde necesse est ꝙ corpus qḋ mouetur motu recto sit in loco scḋm se totum. in motu aũt circulari.licet totum fiat in diuersis locis rõne nõ tñ totum mutat locũ subiecto.semper .enim remanet idem locus sbo. sed diuersificat̃ rõne tñ. vt in vi.huius dicet̃. Sed partes mutant locũ.nõ solũ rõne: sed sbo. Attendit̃ ergo in motu circulari successio in eodẽ loco non totorum corporum sed partiũ eiusdem corporis.non igitur corpori qḋ circulariter mouet̃ debetur ex necessitate locus scḋm totũ.sed scḋm partes. Sed contra hoc esse videtur ꝙ partes corporis cõtinui non sunt in loco.neqȝ mouent̃ scḋm locũ.sed totũ mouetur.⁊ totum est in locu. Manifestuȝ est aũt ꝙ vltima spera est corpus cõtinuũ.partes igitur eius nec sunt in locu.nec mouent̃ scḋm locũ. ⁊ sic nõ videt̃ verum ꝙ vltime spere debeatur locus ratione partium. Sed ad hoc dicendum est ꝙ partes corporis continui.licet non sint in loco in actu sunt tamen in loco in potentia.secundum ꝙ cõtinuum est diuisibile.pars enim si sit diuisa erit in loco sicut in loco vñ per hũc modum partes continue mouent̃ in loco.⁊ hoc maxime apparet in continuis humidis que sunt facilis diuisionis. sicut in aqua cuius partes inueniunt̃ moueri infra totam aquam.sic igitur q: aliqd dicit̃ de toto ratione partium.inquantum partes vltime spere sunt in loco in potentia.tota vltima spera est in loco per accñs rõne partiũ. ⁊ sic esse in loco sufficit ad motũ circulareȝ. Si quis aũt obijciat ꝙ id quod est in actu est prius eo quod est in potentia.⁊ sic videt̃ incõueniens ꝙ primus motus localis sit corporis exñtis in loco ꝑ partes que sunt ĩ potentia i loco. Dicenduȝ est ergo ꝙ hoc optime congruit primo motui.necesse est enĩ ꝙ gradatim ab vno imobili descendat̃ ad diuersitateȝ q̄ est ĩmobilib⁹.minor aũt est variatio q̄ est ẜȝ ptes exñtes i loco i potentia.q̄ȝ q̄ est ẜm tota exñtia i loco ĩ actu.vñ ꝑm⁹ mot⁹ q est circularis minus hȝ ḋ difformitate.⁊ plus retinet de vniformitate.ꝓpinquior exñs substã tijs ĩmobilib⁹.multo aũt cõuenienti⁹ ẽ dicere ꝙ vltima spera sit in loco ꝓpter partes suas intrinsecas.q̄ȝ propter centrum qḋ est oĩno extra sbam eius ⁊ magis cõsonat opinioni Ar. vt patet ĩspicienti sequentia in quib⁹ plũs manifestat quõ celum sit in loco ibi.

Unde ⁊ si aqua fiat huiusmodi: partes quidem mouentur ipsius: continentur enim sub inuicem omnis autem est tanquam quod mouebitur: ⁊ tanquam non.sic quidem enim tota simul locum nõ mutat. Circulariter auteȝ mouebitur: partium enim hic locus est: ⁊ sursum quidem ⁊ deorsum non: circulo autem. quem vero alia ⁊ deorsum ⁊ sursum quecunque habent densitatem ⁊ raritatem.

¶ Circa hoc.n.duo facit.p°.n.manifestat quõ spera vltima est i loco. Scḋo ĩfert ꝯclusionẽ ex dictis ibi. Unde mouet̃ circulariter) Circa p̄m tria facit.p° manifestat ꝙ vltia spera est i loco ꝑ ptes. Scḋo quõ ptes ei⁹ sunt i loco ibi Sicut aũt dcm̃ est alia qdeȝ. Tertio quõ ex partib⁹ ꝯpetat toti esse ĩ loco ibi) Et alia qdẽ ꝑ se q: ergo dixerat ꝙ cui nõ est aliqḋ extra cõtinẽs nõ est in loco ꝑ se ꝯcludit ꝙ si aliqḋ hm̃õi corp⁹ qḋ nõ ꝯtinet̃ ab alio.sicut est vltima spera sit aqua i qua magis apparet ꝙ dicit̃ ꝑꝑ facilẽ diuisioneȝ partiuȝ ptes ei⁹ mouebunt̃ inq̄tuȝ ꝯtinet̃ sub inuicem sic quodãmodo i loco exñtes. ẜȝ tota aqua quodammodo mouebit̃. ⁊ quodãmodo nõ.nõ enĩ sic mouebitur ꝙ tota simul mutet locuȝ.quasi translata in alium locum sbo diuersum.sed mouebit̃ circulariter.q qdẽ mot⁹ requirit locũ partiũ.⁊ nõ toti⁹. ⁊ nõ mouebit̃ sursuȝ ⁊ deorsum.ẜȝ circulariter.q̄dã aũt alia moueri vident̃ sursum ⁊ deorsuȝ mutãtia locuȝ scḋm totuȝ.s.corpora rara ⁊ densa vel grauia ⁊ leuia. Deinde cum dicit.

co.44.

Sicut autem dictum est alia quidem sunt in loco secundum potentiam: alia vero secundum actum. Unde cum quidem continuum sit quod est similis partis: secundum potentiam in loco partes sunt. Cum autem separata quidem sunt: tangant autem se: sicut collectio: secundum actum sunt.

¶ Ondit quõ ptes vltime spere sunt ĩ loco.⁊ dicit ꝙ sicut supra dictum est.quedã sunt in loco ĩ actu:q̄dã ẜȝ potentiã. vñ cũ aliqḋ sit ꝯtinuuȝ similiũ partiuȝ ptes ei⁹ sunt i loco ẜȝ potẽtiã.sicut est i vltĩa spa. Sȝ qñ ptes sunt separate ⁊ soluȝ ꝯtigue sicut accidit ĩ collectõe lapiduȝ.tũc ptes sunt in loco ẜȝ actum. Deinde cum dicit.

co.45.

Et alia quidẽ per se sunt: vt omne corpus aut secundum loci mutationẽ: aut augmentuȝ mobile alicubi per se. Celũ autẽ sicut dictũ est non est alicubi totum: neqȝ in aliquo ẽ. Si quidem nullum continet ipsum corpus: scḋm qḋ autẽ mouetur sic ⁊ locus est partibus. Altera enim ab altera habita partium est. Alia vero secundum accidens vt anima ⁊ celum: partes enim in loco quodammodo omnes sunt. In eodẽ enĩ qḋ circulariter sunt cõtinet alia aliaȝ.

¶ Ondit quõ ex hoc seq̄t̃ totã sperã esse i loco.⁊ dicit ꝙ quedã sunt ꝑ se i loco: sicut oẽ corp⁹ qḋ ꝑ se mouet̃ ĩ loco.vel scḋȝ loci mutationeȝ vel scḋȝ augmentuȝ vt supra dcm̃ .sed est celuȝ.i. vltima spera nõ est hoc modo in loco sicut est dcm̃ cuȝ nulluȝ corp⁹ ꝯtineat ipm̃.sed scḋȝ ꝙ mouet̃ circulariter ptib⁹ sibi inuicẽ succedentibus sic ⁊ locus debet̃ ptib⁹ ei⁹ i potentia: vt dcm̃ est inq̄tum.s. vna pars ei⁹ est habita ⁊ ꝯtẽ se habens ad aliã quedã vero secundũ accñs sunt in loco: sicut aĩa ⁊ oẽs forme: ⁊ hoc etiã modo celũ.s. vltima spera est in loco: ĩq̄tuȝ oẽs ei⁹ ptes sunt ĩ loco: ex eo ꝙ vna queqȝ pars ei⁹ cõtinet̃ sub alia ẜm circulationẽ in corpore .n.nõ circulari pars extrema remanet nõ ꝯtenta: sed ꝯtinens tñ: sed ĩ corpore circulari quelibet pars ĩ ꝯtinens ⁊ ꝯtenta i potentia tñ . vñ in rõne omnium partium suarum corpus circulare est ĩ loco: ⁊ hoc accidit eẽ ꝑ accñs.s.ꝑ ptes.sic sup̄ cũ dic̃ ꝙ ptes corporis mouent̃ per accidens in loco. ¶ Deinde cum dicit.

Unde mouetur circulariter solũ ꝙ sursum est. Omne autem non alicubi ẽ. Quod enim alicubi: ipsum aliquid ẽ: ⁊ adhuc aliquid oportet esse extra hoc in quo quidẽ continetur. Extra autem omne ⁊ totũ nihil ẽ. Et propter hoc oĩa in celo sunt. Celũ enĩ quidẽ oẽ fortassis ẽ. Est autẽ locus nõ celũ: sed celi quiddam vltimum: ⁊ tangens mobilis corporis terminus quiescens. Et propter hoc quidẽ terra ĩ aqua hec vero in aere: hic autẽ in ethere. Ether vero in celo: celum autem nõ amplius in alio.

co.46.

¶ Inducit quandã ꝯclusionẽ ex ꝑdictis. q: enĩ dixerat ꝙ corpus qḋ circulariter mouet̃ nõ oȝ esse i loco scḋm totũ sed solũ ꝑ accidens rõne partiũ: ꝯcludit ꝙ corpus supremũ mouet̃ solũ circulariter ꝓpter hoc ꝙ ipsum totũ nõ est alicubi q: qḋ est alicubi ipsũ ẽ aliqd ⁊ hȝ aliqd extra se aq° continet̃. ẜȝ extra totũ nihil est. ⁊ propter hoc oĩa

dicuntur esse in celo: sicut in vltimo cōtinēte qr celū fortassis est quod ē totū cōtinens. Dicit āt fortassis qr nondum probatū est φ extra celū nihil sit. Nō est āt sic intelligendum φ ipsum corpus celi sit loc⁹: sed quedā superficies vltima eius versus nos ⁊ ē sicut terminus tangens corpora mobilia que ī ipso sunt ⁊ propter hoc dicim⁹ φ terra ē in aqua que est in aere qui est in ethere idest igne: qui est in celo qđ non est vlterius in alio. Secundū vero intentionē Auerrois litera ista aliter exponenda est. Naȝ exēplum de aqua quod primo inducit non est referendū śm ipsum ad vltimā sperā sed ad totū vniuersum: quod quidē mouet inquantū partes eius mouent. quedamq̄ dem circulariter vt corpora celestia. quedam vero motu sursum vel deorsum vt inferiora corpora. Quod vero postmodū inducitur φ quedam sunt in loco actu. quedā potentia nō est referendū ad prius dicta: sȝ oportet vt per se dictū accipere. q. n. dixerat φ quedam sunt in loco śm partes quedā śm totū. Cōsequenter adiungit φ quedam sunt ī loco śm actū: quedam śm potentiam ⁊ vlterius φ quedā sunt in loco per se: quedam per accidēs. Ubi notandū ē φ celū śm ipsum dupliciter accipitur hic nam primo celū accipitur hic pro vniuersitate corporū ⁊ maxime celestiū: secūdo pro vltima spera. dicit ergo φ per se sunt in loco que mouent śm locum: siue śm totū: siue śȝ partes: vt celum idest vniuersum: per accidens autē sunt in loco vt aīa ⁊ celū. i. vltima spera: qr oportet dicere φ oēs partes vniuersi sint aliquo mō ī loco: vltima quideȝ spera p accidēs alia vero corpora per se inquantum ab exteriori corpore continent. ⁊ hoc manifestat vsq̄ȝ in fineȝ.

Co.47 **Manifestū āt ex his quoniam ⁊ dubitationes omnes soluuntur sic vtiq̄ȝ dicō loco. Neq̄ȝ vtiq̄ȝ simul augmentari necesse est locum: neq̄ȝ puncti eē locū: neq̄ȝ duo corpora in eodeȝ loco: neq̄ȝ spaciū aliquod eē corporeū: corpus aūt mediū loci contingens ē sed nō spaciū corporis: ⁊ est locus est alicubi: nō sicut in loco: sȝ sicut terminus in finito. Nō enim omne quod est in loco est: sed mobile corpus.**

Lectio octaua.

Lec.2. **Postquam** Philosophus ostendit quid sit locus: hic ex diffinitione data soluit dubitatiōes suprapositas de loco. Fuerūt āt suprapositae sex rationes ad ostendendū locū nō esse: quaruȝ duas premisit: illā. s. in qua inquirebatur vtrum loc⁹ eēt elementū vel ex elementis ⁊ iterū illā in qua ostendebatur φ ad nullū genus cause locus reducatur. Non eniȝ a

so.9.r ponentibus locū: sic ponit quasi elementū uel causa rerū vnde facit mētionem solum de quattuor residuis: quarū vna erat φ cū locus non deesset corpori nec corpus loco videbatur sequi φ augmentato corpore augmentet locus. Sed hoc sequitur si supponat φ locus sit spaciū quod-

solu.2. dam coextensuȝ dimēsionib⁹ corporis: vt intelligat illud spaciū crescere crescēte corpore. sed hoc nō est necesse śm diffinitiōem predictam de loco φ sit terminus continēs. Alia ratio fuit φ si locus corporis aliud ē a corpore: φ et locus pūcti aliud sit a puncto quare non videbatur possibile φ locus sit aliud a corpore: cum locus puncti non sit aliud a puncto. Sed hec āt ratio procedit śm imaginationem eorum qui opinabantur locum esse spaciū coequatū dimēsionibus corporis: vnde oportebat φ cuilibet dimē-

solu.1. sioni corporis responderet dimēsio spacij: ⁊ similiter cuilibet puncto corporis sed hoc nō oportet dicere si ponimus locū esse terminum cōtinēs. Alia ratio fuit φ si locus est aliquid: oȝ φ sit corpus cum habeat tres dimēsiones ⁊ sic sequetur duo corpora esse in eodem loco. Sȝ śȝ eos qui ponūt locum esse terminum corporis continētis. nō oȝ dicere neq̄ȝ φ duo corpora sint in eodem loco neq̄ȝ φ sit aliquod spacium corporeum in mediū inter extremitates corporis continentis sed φ sit ibi quoddā corp⁹. Item alia rō fuit φ si omne quod est: est in loco sequetur

solu.5. φ etiam locus sit in loco. que quidē rō de facili soluit supposito φ locus sit terminus continentis. Manifestum est enim śm hoc locus est in aliquo. s. in corpore cō mente: nō tamen sicut in loco sed sicut terminus in aliqua re finita: vt punctū in linea ⁊ superficies in corpore. Nō enim necessarium est φ omne quod est: sit in aliquo sicut in loco sed hoc necesse est solum de corpore mobili. mot⁹. n. induxit ad distinguendum inter locatum ⁊ locum.

Deinde cum dicit.

Co.48. **Et fertur igitur in sui ipsius locum vnumquodq̄ȝ rationabiliter. Cum enim consequenter ⁊ quod tangitur non vi proximum est. Et simul apta nata impassibilia sunt. Que vero tanguntur ⁊ actiua et passiua sunt ad inuicem.**

Assignat ex predicta diffinitiōe rationem proprietatuȝ loci. ⁊ primo quātū ad hoc φ corpus naturaliter fert ad proprium locū. scđo quantum ad hoc φ corpus naturaliter quiescit in suo loco. ibi. (Et manet igit natura.) Dicit ergo primo φ si ponatur locus esse terminus cōtinentis rationabiliter, assignari pōt causa: quare vnumquodq̄ȝ corpus feratur ad proprium locū qr illud corpus continens ad quod cōīr se habet corpus cōtentum ⁊ locatum: ⁊ quod ab eo tangitur terminis simul existentibus ⁊ hoc nō per violentiam: ē proximū śm naturam. Ordo enim situs in partibus vniuersi attenditur śm ordinem nature Nam corpus celeste qđ est supremum ē nobilissimum: post quod inter alia corpora śm ignobilitatem nature est ignis: ⁊ sic deinceps vsq̄ȝ ad terrā. vnde manifestū est φ corpus inferius qđ se habet śm situm sibi propinquum ad corpus superius est proximū sibi ī ordine nature. ⁊ ideo addit (nō vi) vt ostendat naturalem ordinem situs: cui respōdet ordo situs nature ⁊ excludat ordinem situs violentum. sicut aliquando p violentiam corpus terrestre est super aerem vel aquā: ⁊ huiusmodi duo corpora se cōtinentia in naturali ordine situs ⁊ in ordine naturarum simul apta nata esse sunt impassibilia idest cū cōtinuantur ad inuiceȝ ⁊ fiunt vnum ad quod aptitudinē habent propter propinquitatem nature tūc sunt ipassibilia sed duȝ tanguntur distincta existentia propter cōtrarietatem qualitatuȝ actiuarum ⁊ passiuarum sunt actiua ⁊ passiua ad inuicem. Sic igitur proximitas nature que est inter corpus continens ⁊ cōtentū: est causa quare corpus naturaliter mouet ad suum locū. q: oȝ φ gradus naturaliū locorum respōdeant gradui naturarū: vt dictū ē. Sed hec ratio nō pt assignari si ponat locus esse spaciū: quia dimēsionibus spacij separatis: null⁹ ordo nature cōsiderari pōt. Deinde cū dicit.

Co.49. **Et manet igitur natura ī proprio loco unūquodq̄ȝ rōnabiliter. Et nāq̄ȝ hoc pars in toto loco: sicut diuisibilis pars ad totū ē: ut cum aque aliquis moueat partē. aut aeris. Sic aūt ⁊ aer se hȝ ad aquā: ut materia. hic autem spēs. Aqua quidē materia aeris: aer āt sicut actus quidā ipsius. Aqua. n. potētia aer est: aer uero potētia ē aqua alio modo. Determinandū āt de his posterius ē. Sed propter tempus necesse quidem dicere. Incerte āt nunc dictum: tunc erit certius. Si igitur idē materia ⁊ actus aqua. n. utraq̄ȝ: sed hoc quidē potētia: illud uero actu. Habebit utraq̄ȝ sicut pars quodāmō ad totum. Unde et his tactus inest. Copulatio āt cū utraq̄ȝ actu unū fiant. Et de loco quideȝ et quoniam ē: et quid est. dictum est.**

¶ Assignat etiā quare corpora naturaliter quiescant ī suis locis. ⁊ dicit ꝙ hoc accidit rōnabiliter si ponamus locū esse terminū corporis cōtinentis: q2 fm hoc corp⁹ locatum se h3 ad corpus cōtinens sicut quedam pars ad totum diuisa tamen ⁊ hoc manifestius apparet in corporibus que sunt facilis diuisiōis: sicut ē aer vel aqua. horum enim partes possunt moueri ab aliquo in toto sicut locatum mouetur in loco. ⁊ hoc etiam non solum verum est fm figurā cōtinēdi vnum sub alio: sed ēt fm proprietatē nature. aer enim se habet ad aquam vt totū: q2 aqua ē vt materia. aer autem vt forma. Nam aqua est quasi materia aeris ⁊ aer est sicut forma eius. Quod ex hoc apparet q2 aqua est in potentia ad aerem simpliciter. Sed verū est ꝙ etiā aer est quodaz alio mō in potentia ad aquā vt determinabitur posterius in libro de generatione. Sz ad presens tempus necesse est hoc accipere ad ostensiōez propositi. sed hic non declaratur per certitudinem: sed in libro de generatione declarabitur certius. Ibi enim dicetur ꝙ cum ex aqua generatur aer est corruptio fm gd: ⁊ generatio simpliciter propter hoc ꝙ perfectio: forma introducitur: ⁊ imperfectio: abijcitur. cum āt ex aere generatur aqua est corruptio simpliciter ⁊ generatio fz gd q2 perfectio: forma abijcitur ⁊ imperfectio: itroducitur sic igitur aqua simpliciter est in potentia ad aerē sicut imperfectum ad perfectum. aer āt est in potentia ad aquam sicut perfectuz ad imperfectū. vñ aer se h3 vt forma ⁊ vt totū quod h3 rationē forme: aqua vero se h3 vt materia ⁊ vt pars que pertinet ad rōnem materie. Quāuis igitur idem sit ⁊ materia ⁊ actus: q2 aqua in se continet vtrūq3. Sed tamen hoc quidē est in potentia proprie loquendo scz aqua sicut imperfectū. illud verō. s. aer in actu vt pfectū vnde habebit se aqua ad aerē quodāmodo sicut pars ad totum: ⁊ ideo his. s. aeri ⁊ aque cū sint duo distincta in est tactus: sed cū ex vtrisq3 fit vnū: vno transeunte in naturam alterius: tūc fit copulatio. i. cōtinuatio. sicut igi᷑ pars naturaliter quiescit ī toto ita ⁊ naturaliter corpus quiescit in suo loco naturali. Considerandum tamen est ꝙ philosophus hic loqui᷑ de corporibus fm formas substantiales quas habent ex influentia corporis celestis: quod est primus locus ⁊ dans virtutē locatiuam omnibus alijs corporibus. fm autē qualitates actiuas ⁊ passiuas ē contrarietas inter elementa ⁊ unum ē corruptiuū alterius. Ultimo autem epilogando concludit quod dictum ē de loco: ⁊ quod est: ⁊ quid est.

Co.50. Odē aūt modo accipiēdū physici eē considerare de uacuo: et si ē aut nō et quō ē: et quid ē sicut et de loco. Et nā q3 similē h3 credulitatē et fidem p ea que opinantur. Ut. n. locū quēdā et uas uacuum ponunt dicētes. Uidetur āt eē plenū quidē cū habet graue: cuius susceptiuum ē. Cū uero priuatum ē uacuū: tāq3 idē quid sit uacuuz et plenum: et locus eē aūtē ipsis non idem.

Lectio nona.

Ostquaz Philosophus determinauit de loco: hic terminat de vacuo. ⁊ circa hoc duo facit. p̄io manifestat suam intentiōem. secūdo prosequi᷑ propositū. ibi. (Alij quidē igitur.) Circa primum duo facit primo ostendit ꝙ ad philosophū naturalē pertinet determinare de vacuo. secūdo ostendit quo ordine de vacuo determinandū sit. ibi. (Incipere autē.) Dicit ergo ꝙ sicut ad philosophū naturalez pertinet determinare de loco an sit: ⁊ quid sit ita ⁊ de uacuo: q2 per similes rationes aliqui crediderūt esse locū ⁊ vacuū. Illi enim qui dicūt eē vacuum ponunt ipsum vt quendam locū ⁊ quoddā vas. qd quidem vas uel locus videtur eē plenum: cum habet intra se aliquam molem alicuius corporis: sed quando non habet dicitur esse vacuum: ac si idē subiecto sit locus vacuum ⁊ plenum: sed differant solum fm rationem. ¶ Deinde cū3 dicit.

Co.51. Incipere autē o3 consideratonē accipientes que dicunt affirmantes non eē et iterū cōmunes opiniones de ipsis.

¶ Ostendit quo ordine determinandū sit de vacuo: ⁊ dicit ꝙ o3 incipere ab hoc ꝙ ponamus rōnes eorū qui dicunt vacuū esse: ⁊ iterū eorum qui dicunt vacuum nō eē ⁊ iterum communes opiniones de vacuo. quid. s. ad rationem vacui pertineat. ¶ Deinde cum dicit.

Co.52. Aliū quidem igitur tentantes monstrare q2 nō est: non quod homines volūt dicere vacuū hoc arguūt: s3 peccantes dicunt sicut anaxagoras ⁊ qui eodem mō argumētantes. Demonstrant enī ꝙ aliquid ē aer litigātes p utres: et demōstrantes ꝙ aer ē fortis: ⁊ accipientes in clepsydris. Aliū aūt hoīes volūt uacuum eē spacium: in quo nullū corpus sensibile. Opinantes āt omne quod est esse corp⁹: dicūt omnino in quo nihil est hoc esse vacuū. Unde ple-

Co.53. num aere vacuum ē. Igitur hoc nō o3 mōstrare: q2 ē aliquid aer: sed q2 nō ē alterum spaciū a corporibus neq3 separabile quod sit actū: qd distinguat oē corpus vt sit non cōtinuū: sicut dicunt democritus ⁊ leucippus: ⁊ alii multi physiologorū. Aut ⁊ si aliquod extra omne corp⁹ est cum sit continuum. Hi quidem igitur non scdm posita ad problema contradicunt.

¶ Prosequitur quod dictū est. ⁊ primo p̄mittit ea que sunt necessaria ad inquirendum veritatem de vacuo. Secundo incipit inquirere veritatē ibi. (Quoniam autem non est.) Circa primū duo facit.) Primo ponit rōnes ponentium ⁊ negantium eē vacuum. scdo ponit communes opiniones de vacuo: ostendens quid sit de ratione vacui ibi. (Ad qualē āt ⁊c. Circa primum duo facit. Primo ponit rationē negantium esse vacuum. Secūdū rōnes affirmantium ibi. (Sed affirmantes.) Dicit ergo primo ꝙ aliqui antiquorum philosophorum volētes monstrare nō esse vacuū: i hoc peccauerunt: ꝙ nō arguebant cōtra rationē ponentiū esse vacuū. Non enim ostēdebāt ꝙ ñ sit vacuū: sed īducebant rōnes suas ad ostendendū ꝙ plenū uacuum ut patet de Ana. ⁊ alijs similiter non argumentantib⁹: qui ad destruendū vacuū volebant demonstrare ꝙ aer sit aliquid. ⁊ ita cuz vacuū sit in quo nihil ē: seque᷑ ꝙ plenuz aere nō sit aliqd demonstrabant litigantes cuz suis aduersarijs per vtres: qui cum sint inflati possunt aliquod pōdus sustinere: qd ñ esset nisi aer eēt aliquid. ⁊ sic demonstrant ꝙ aer est fortis. ⁊ etiam p hoc ꝙ accipiunt aerem in clepsydrijs. i. in uasis furantibus aquam: in quibus cum attractione aeris attrahitur aqua: vel etiam impedi᷑ introitus aque nisi exeat aer. Patet igitur ꝙ isti non obijciunt ad positionem. q2 omnes ponentes esse vacuum: volunt esse vacuum spacium in quo nullum corpus sensibile est: propter hoc ꝙ omne quod est opinantur esse corpus sensibile. ⁊ sic vbi non est corp⁹ sensibile dicunt nihil esse. vnde cum aer sit corpus modicum sensibile: opinantur ꝙ vbi non est nisi aer sit vacuuz ad destruendum igitur eorum positionez non sufficit ostēdere ꝙ aer sit aliquid: sed oportet ostendere ꝙ non sit aliquod spacium sine corpore sensibili. quod quidem dupliciter aliqui ponebant esse vacuum. vno modo sicut separatum a corporibus vt si diceremus spacium quod est infra extremitates alicuius domus esse vacuuz: alio modo sicut actu existens inter corpora quod distinguit corpora abinuicez: vt non sint continua vt dixerunt democritus ⁊

leucippus: ⁊ multi aliorum naturalium philosophorum imaginabantur. s. ꝙ si totum ens esset continuum. omnia essent vnum. non enim esset assignare quare magis distinguerentur corpora plus hic ꝙ̄ ibi. vnde inter omnia distincta ponebant interesse aliquod spacium vacuum: in quo nullum ens esset. ⁊ q: democritus ponebat corpora componi ex multis corporibus indiuisibilibus ponebat inter media illorum corporum indiuisibilium esse quasdam vacuitates quas dicebat poros. ⁊ sic omnia corpora dicebat componi ex pleno ⁊ vacuo. vel si etiam totum corpus mundi sit continuū: ⁊ non sit inter partes vniuersi aliqua vacuitas: ponebant tamen vacuum extra totū mundū. Manifestum est igit̄ ꝙ predicti philosophi volētes destruere vacuum non inducebant rōnem ad questionē: sꝫ positionē aliorum. debuissent enim ostēdere ꝙ nullo illorum modorum sit vacuū. ¶ Deinde cum dicit.

Sed affirmantes eē magis dicūt unum quidē q: motus secūdū locū nō erit: hic aūt ē loci mutatio ⁊ augmentū. Nō. n. uidebit̄ uniqꝫ motus eē: nisi sit uacuū. Plenū. n. impossibile est recipere. Si uero recipiat: ⁊ sunt duo in eodē continget uniqꝫ ⁊ quelibet simul esse corpora. Differētiam enim propter quam non erit utiqꝫ quod dictum ē non erit dicere. Si aūtē hoc continget ⁊ paruissimum accipiet maximum. Multa nāqꝫ pua magnū sunt. Quare si multa equalia cōtinget in eodē eē: ⁊ multa ineq̄lia.

R. N ponentes vacuum

¶ Ponit ratiōes ponentium esse vacuum. ⁊ primo eorū qui locuti sunt de vacuo naturaliter. Secundo eorū q locuti sunt nō naturaliter ibi. (Esse āt affir. ⁊c.) Circa primum duo facit. primo ponit rōnem eorum qui ponebant vacuum eē quoddā spaciū a corporibus separatū secundo eorum qui ponebant vacuū in corporibus ibi.

Lec. 5. (Alio vero modo) ⁊c. Circa primum duo facit. primo ponit rationem ponentium esse vacuum. Secundo ponitur quomō melissus ecōuerso illa ratione vtebatur (melissus quidem igitur). Dicit ergo primo ꝙ illi qui affirmabant vacuum esse magis inducebant rationes ad propositum quarum vna erat ꝙ motus s̄m locum qui est loci mutatio ⁊ augmentatio vt supra dictum ē nō eēt si uacuū nō esset. quod sic ostendebāt. si enim aliquid mouetur sꝫ locum nō potest moueri in plenum: q: locus plenus vno corpore nō potest recipere aliud quia si reciperet sequeretur duo corpora esse in eodem loco. ⁊ eadem ratione sequeretur de quocunqꝫ. non enim potest assignari differentia quare duo corpora sint in eodem loco. ⁊ non plura. ⁊ si hoc contingit. s. ꝙ quotcunqꝫ corpora sint in eodē loco: sequetur ꝙ paruissimus locus possit recipere maximum corpus: q: multa parua cōstituunt vnum magnū vnde si multa parua equalia sint in vno loco: ⁊ multa inequalia. sic ergo probata hac conditionali: ꝙ si motus est vacuum est. arguebant a positione añtis: motus est. ergo

Co. 54. uacuum est. ¶ Deinde cum dicit.

Melissus quidem igitur demōstrat ꝙ omne imobile ex his. si. n. mouebit̄ aliquid necesse

Co. 55. eē uacuū dicit. uacuū autem non est eorū que sunt. Uno quidem igitur modo ex his demonstrant ꝙ aliquid est uacuum.

¶ Ostendit ꝙ melissus supposita eadem conditionali argumentabat̄ econuerso a destructione cōsequentis. quia si motus ē. vacuum ē: sed vacuum non ē. ergo motus nō ē. ergo totū ens ē imobile. Iste ē igit̄ vnus modus. quo aliqui probabant vacuū eē q̄si separatū. Deide cū dicit.

Alio uero modo: quia uidentur quedam coeuntia ⁊ calcantia: ut ⁊ uinū dicunt cum utribus recipere dolia: tāqꝫ in ea que sunt uacua coeunte densato corpore.

¶ Ponit tres rationes ponētium vacuum eē ī corporibus quarum prima ē ex his que condensantur. videntur enim eorum que inspissantur ⁊ condensantur partes coire vel conuenire in inuicem: ⁊ se inuicem calcare ⁊ cōprimere ita ꝙ sicut fertur: dolia tamē de vino recipiunt cū utribus: quantum ēt sine utribus ⁊ precipue si utres sint subtiles propter hoc ꝙ uinum in utribus condensari uidetur. hanc autem condensationem fieri extimabāt: ac si densato corpore partes subintrarent in quasdam uacuitates. Secundam rationem ponit ibi.

Amplius āt ⁊ augmentū uidetur omnibus fieri per uacuū: alimētū quidē corpus esse. Duo autem corpora impossibile simul esse.

¶ Que sumit̄ ex augmento. augentur enim corpora per alimentum quod corpus quoddam est. duo āt corpora non possunt esse in eodem loco: ergo oportet esse aliquas uacuitates in corpore augmentato in quibus recipiatur alimentū ⁊ sic necesse est esse uacuum: ad hoc quod recipiatur alimētū. Tertiam rōnem ponit ibi.

Co. 56. Testimoniū āt ⁊ qḋ ē de cinere faciunt: qḋ recipit tantum aque: q̄ntum vas uacuū eēt. Esse autem affirmant ⁊ pithagorici uacuum ⁊ ingredi ipsum in celo ex infinito spiritu tanquam respiranti: ⁊ hoc esse uacuū: quod determinat naturas: tāqꝫ sit uacuū separatio quedam eorum que sunt consequenter ⁊ determinatio: et

Co. 57. hoc esse primum in numeris. Uacuum enim determinare numerum ipsorum. Ex quibus quidem alii dicunt esse: alii uero non dicunt: fere tot ⁊ huius sunt.

¶ Mouet queftiõem de vnitate tẽporis fiue de comparatione temporis ad motum. Et circa hoc tria facit. primo mouet dubitationem. fecundo foluit. ibi. Aut cuiuflibet. Tertio manifeftat quoddam quod fuppofuerat. ibi. Dicitur aũt recte. Dicit ergo primo q̄ dubitatio eft cũz tempus fit numer⁹ motus: cuius vel q̃lis mot⁹ fit numer⁹.

¶ Deinde cum dicit.

Aut cuiuflibet: ⁊ nãq3 fit ĩ tempore: ⁊ augmentat̃: et alterat̃ in tempore: ⁊ fertur. Secundũ igitur q̄ motus eft: fic eft vniuſcuiuſq3 motus numerus. vnde motus fimpliciter numerus eft continui: fed non cuiufdam.

¶ Soluit dubitationem. ⁊ primo excludit falfam folutionem. fo ponit veram. ibi. Quoniam aũt loci mutatio. Circa primum tria facit. primo ponit folutiõem falfam. fo improbat eã ducendo ad incõueniens. ibi. fed eft nunc moueri. tertio oftendit illõ inconueniẽs effe impoffibile. ibi. Ad non effe. nãq3. Eft ergo prima folutio q̄ fit tempus numerus cuiuflibet motus. ⁊ ad hoc probandum inducit q̄ omnis motus eft in tẽpore. f. ⁊ generatio: ⁊ augmẽtum: ⁊ alteratio: ⁊ loci mutatio. Quod aũt conuenit omni motui. conuenit motui fm q̄ ipfum: effe aũt in tempore ẽ numerari tempore. Sic igitur videtur q̄ quilibet motus inquantum huiufmodi habet numerum. vnde cum temp⁹ fit numerus mot⁹: videt̃ feq̄ q̄ temp⁹ fit numer⁹ motus continui vniuerfaliter ⁊ non alicuius determinati motus.

¶ Deinde cum dicit.

Sed eft nunc moueri vnum ⁊ aliud quorum vtriufq3 motus erit numerus. Alterũ et alterum igitur tẽpus ⁊ fimul duo tẽpora equalia erũt.

¶ Improbat predcãm folutionem. contingit. n. aliq̃ duo fimul moueri. fi ergo cuiuflibet motus tempus fit numerus fequit̃ q̄ duorum motuum fimul exiftentium fit alterum ⁊ alterum temp⁹. ⁊ fic vlteri⁹ fequitur q̄ duo tẽpora equalia fint fimul vtpote duo dies vel due hore. duo autem tempora inequalia fimul effe non eft ĩmirabile: vt diem ⁊ horam.

¶ Deinde cũz dicit.

Aut non: omne nãq3 tempus vnum fimiliter et fimul eft. Specie autem et que nõ fimul fi enim et hi funt canes: illi vero equi. vtriq3 aũt feptem. idem numerus eft. Sic enim et motuũ fimul terminatorum idem tempus eft. fed hic velox fortaffis. alius vero non et alius quidez loci mutatio eft. hic autem alteratio. Tempus tamen idem eft: fi quidem et numerus equalis fit et fimul alterationis et loci mutationis ⁊ propter hoc motus quidez alteri funt. et feorfũz funt. tẽpus aũt vbiq3 idẽ. qr et numer⁹ vn⁹ et vnus vbiq3 eft qui eft equaliũ et fimul.

¶ Oftendit hoc effe impoffibile. f. duo tempora equalia fimul effe: qr omne tempus qd eft fimul ⁊ fimiliter. i. equaliter eft vnũ nũ: fed tps qd non eft fimul non ẽ vnũ numero: fed fpẽs ei⁹ eft vna: ficut dies cũ die: ⁊ ann⁹ cũ anno. ⁊ hoc manifeftat p fimile in alijs numeratis. Si. n. fint feptem eq ⁊ feptẽ canes: non differũt fm numerũ: fed differunt fm fpẽm rerũ numeratarũ. ⁊ fimiliter oĩum motuum q fimul terminantur fm principiũ ⁊ fm finẽ: ẽ idem tps fed motus differuntur fm proprias rõnes: inqñtũ3 forte vnus ẽ velox ⁊ alius tardus: ⁊ vn⁹ ẽ loci mutatio: ⁊ alius alteratio. fz tps ẽ idẽ fi alterationis ⁊ loci mutatõis fit equalis numer⁹ temporis fuppofito q̄ fit fimul. ⁊ pp hoc oz q̄ motus fint alteri ⁊ diuifi ab inuicem. fed temp⁹ ĩ omnibus eft idem: qr vn⁹ ⁊ idẽ numer⁹ ẽ eorum q̃ funt equalia ⁊ fimul vbicũq3 fint.

¶ Deinde cũz dicit.

Quoniã aũt loci mutatio: et huiufmodi circularis numeratur autem vnum quodq3 vno quodam proximo vnitates vnitate. equi vero equo fic et tempus tempore quodam finito. Menfuratur autem ficut diximus temp⁹ motu et motus tempore. Hoc autem eft. quia determinato motu et tempore menfuratur motus quantitas et temporis.

Co.133.

¶ Ponit verā solutionē. Et circa hoc tria facit. primo pmittit quedā que sunt necessaria ad solutionē. Sc͡o ex pmissis solutionem cōcludit. ibi. (Si igit͛ quod primum.) Tertio manifestat solutionē pdc͡ā p dc͡ā alioꝝ. ibi. (Un videt͛.) Circa primū pmittit tria: quoꝝ primū ē ꝙ inter alios motus: prim⁹ ⁊ magis simplex ⁊ regularis ē mot⁹ localis: ⁊ inter alios mot⁹ locales motus circularis vt in octauo pbabitur. Sc͡d3 ē ꝙ vnūquodq3 numeratur vno quodā proximo sui generis. sicut vnitas vnitate: ⁊ equus equo: vt p3 in decimo meta. vn̄ oꝫ ꝙ tēpus quodam terminato tpe mensuretur: sicut videm⁹ ꝙ oīa tempora mensurantur p diē. Tertiū qd̄ premittit ē ꝙ temp⁹ mensuratur motu: ⁊ motus tpe sicut supra dictū est. ⁊ hoc iō ē q2 aliquo determinato motu ⁊ aliquo determinato tempore mensuratur quantitas cuiuslibet motus ⁊ temporis.

lec. 16. / Lec. 2. / lec. 19.

¶ Deinde cum dicit.

Si igit͛ quod primum mensura omnium proximorum circulatio que regularis mensura maxime: q2 numerus huiusmodi notissim⁹ est: alteratio quidem igitur neq3 augmentatio non sunt regulares: loci āt mutatio est.

¶ Cōcludit ex pmissis ꝙ si aliquid qd̄ ē primū ē mensura. oīum proximorum. i. oīum que sunt sui generis: necesse est ꝙ circulatio q̄ ē maxime regularis sit mensura oīu3 motuū. dr̄ āt motus regularis q ē vnus ⁊ vniformis. hec āt regularitas nō potest inueniri in alteratiōe ⁊ augmēto q2 nō sunt vsquequaq3 cōtinui nec equalis velocitatis. s3 in loci mutatione inueniri pōt regularitas: q2 pōt esse aliquis motus localis cōtinu⁹ ⁊ vniformis: ⁊ talis ē sol⁹ motus circularis: vt ī octauo pbabitur. ⁊ inter alios motus circularis maxīe vniformis ⁊ regularis est prim⁹ motus: que reuoluit totū firmamētum motu diurno. vnde illa circulatio tāq3 prima: ⁊ simplicior: ⁊ regularior: est mensura omnium motuum. oportet autem motum regularem esse mēsurā seu numerū alioꝛum: q2 oīs mēsura dꝫ eē certissima: ⁊ talia sunt que vniformiter se habent. Ex hoc ergo colligere possumus: ꝙ si pria circulatio mēsurat oēm motū ⁊ mot⁹ mensuratur a tpe inquātum mēsuratur quodā motu: necesse ē dicere ꝙ tēpus sit numerus prime circulatiōis: scd̄m quā mēsuratur tps: ⁊ ad quem mensurant͛. omnes alii motus temporis mensuratione.

lec. 16.

¶ Deinde cum dicit.


Unde ⁊ videtur tempus esse spere motus: q2 hoc mēsurātur alii motus: ⁊ tēpus hoc motu. Propter hoc autem ⁊ consuetum dici accidit. Dicunt enim circulum esse humanas res: ⁊ alioꝝ motū habentium naturalem ⁊ generationem et corruptionez. Hoc autem est q2 omnia hec tempore iudicantur: et accipiunt finem ⁊ principium: sicut si secūdum quandam circulationem sit. Et tempus enim ipsum videt͛ circul⁹ quidam. Hoc aūt iterū videtur ob hoc: ꝙ huius loco mutationis mensura est et mēsuratur ipsum ab huiusmodi. quare dicere esse rerum que fiunt circulum: dicere est temporis esse quendam circulum. Hoc autem est: quia mensurantur circulatione. Extra enim metrū nihil videtur esse: q3 quod mensuratur. Sed aut multa metra totum.

¶ Approbat predc͡ā3 solutionē per opiniones alioꝝ: et pmo per opinionē errantiū. qui moti fuerūt ad dicendum ꝙ mot⁹ spere celestis sit tps: pp hoc ꝙ hoc motu mēsurātur oēs alii motus: ⁊ tēpus mensuratur hoc motu. manifestū est. n. ꝙ dicim⁹ diem vel ānum cōpletum attēdentes ad motū celi. Sc͡do ex vsu cōiter loquētiū. ibi. Propter hoc āt. Et dicit pp hoc. s. ꝙ temp⁹ est numer⁹ circulationis prime: accidit ꝙ cōsueuit dici. s. ꝙ quidē circulus sit i rebus humanis. ⁊ in aliis que mouent͛ naturaliter ⁊ generant͛ ⁊ corrumpuntur. qd̄ ideo ē: q2 oia huius mensurātur tempore ⁊ accipiūt principiū ⁊ finem i tēpore: ac si tēpus fm quādam circulationē sit: q2 ⁊ ipsum tps v͛ esse quidā circulus. ⁊ iterū hoc v͛ pp hoc ꝙ est mēsura circulatiōis: ⁊ etiam a tali circulatiōe mensurat͛. ⁊ ideo dicere ꝙ eoꝝ que fiūt in tpe est quidam circulus: nihil aliud ē q3 dicere temporis eē quendā circulū qd̄ accidit pp hoc ꝙ tempus mensuratur circulatiōe. id. n. ꝙ mensurat͛ non videtur esse aliud q3 mensura: sed multe mensure videtur facere vnū totū: sicut multe vnitates vnū numerū: ⁊ multe mensure pāni vnā quātitatē pāni. ⁊ hoc verum ē cum accipitur mensura vni⁹ generis. sic igitur p3 ꝙ tempus primo mensurat ⁊ numerat primū motū circularem ⁊ p eū mēsurat omnes alios mot⁹: vnde ē vnū temp⁹ tm̄ propter vnitatem primi mot⁹: ⁊ tm̄ quicūq3 sentit quēcunq3 motū: sentit tempus eo ꝙ ex primo motu causatur mutabilitas in omnib⁹ mobilib⁹ vt supra dictū est.

¶ Deinde cum dicit.

Dicitur āt recte qd̄ numer⁹ quidē idē ēst: ⁊ ouiū ⁊ canū: si equalis vtriq3 sit. Decem āt non idē: neq3 decē eadē sunt: sicut neq3 triāguli idē qui est equilater⁹ ⁊ gradat⁹: ⁊ tm̄ eadē figura ē: q2 vtraq3 triāguli sunt. Idē enim dicit͛ a quo nō differt differētia: s3 nō a quo differt vt triangul⁹ a triangulo differētia differt. Alterꝫ quidē enim triāguli sunt, a figūra aūt non: s3 ī eadē diuisione ⁊ vna. figura. n. hec quidē talis circul⁹: alia vero hui⁹ triangul⁹. hui⁹ aūt alia quidem equilaterū. Alia vero huius gradatū. figura quidē igit͛ eadē: ⁊ hec triāgul⁹ enim est. Triangulus āt non idē ē. Et numerus ia3 similiter. Nō. n. differt a numero differentia numerus horum. Decem āt nō idē ē. In quib⁹. n. dicitur differūt. Hec quidem eni canes. Alio vero equi. Et de tēpore qdē ipso ⁊ de circa ip3 proprietatibus hac intētione dictū ē.

Co. 134.



¶ Manifestat qd̄dam quod supra dixerat qualiter sit intelligendū. dixerat enim ꝙ idē est numer⁹ septem canu3 ⁊ septem equoꝝ. quomō igit͛ hoc sit verū ostēdit: ⁊ dicit ꝙ recte pōt dici si equalis ē numer⁹ aliquaꝝ reꝝ diuersarū: puta ouiū ⁊ canū: ⁊ ꝙ idē sit numer⁹ vtroꝛūq3. vtputa si tā canes q3 oues sint decem: sed nō pōt dici ꝙ hoc ipsum qd̄ est, decem esse: sit idē canū ⁊ ouiū. non. n. eadem decem sunt dece3 canes ⁊ decē oues. Et hoc iō q2 genus potest cū additiōe vnitatis vel idētitatis pdicari de pluribus individuis existētib⁹ i vna spē: ⁊ similiter gen⁹ remotū de plurib⁹ specieb⁹ existētib⁹ sub vno genere propinquo. neq3 tm̄ spēs de individuis: neq3 genus ppinquum de spēbus diuersis predicari potest cū additione vnitatis vel identitatis: ⁊ huiusmōi cōsequēter ponit exemplū sunt. n. due species trianguli. s. equilater⁹. i. habens tria latera equalia ⁊ gradatus. i. habens tria latera inequalia. si

Lec. 17.

gura aūt est gen⁹ trianguli·non ergo possum⁹ dicere ꝙ equilater⁹ ⁊ gradatus sit idē triangul⁹:sed possum⁹ dicere ꝙ sunt eadem figura:q: vtrūq; continet sub triāgulo qui ē vna species figure. ⁊ huiusmodi assignat rationem q: cū idē ⁊ diuersū seu differēs opponāt ibi possum⁹ dicē idētitatē vbi nō ē dr̄a:sʒ nō possum⁹ dicē idētitatē vbi dr̄a. Mānifestū ē.n. ꝙ eqlater⁹ et gradat⁹ differūt ad inuicē dr̄a trianguli.i.que ē propꝛie diuisiua triāguli.et hoc iō. q: sunt diuerse trianguli species. sed equilaterus et gradat⁹ non differunt ſm differentiam figure:sʒ sub vna ⁊ eadeʒ differētia cōtinētur. ⁊ hoc sic pʒ. si enīʒ diuidam⁹ figuras in suas spēs que per differētias cōstituuntur. inuenitur ꝙ alius est circul⁹ ⁊ alius triangul⁹. ⁊ sic de alijs spēbus figure sed si diuidamus triangulū inueniemus ꝙ alia spēs ei⁹ ē equilater⁹ ⁊ alia gradatus. Manifestū ē igitur ꝙ eqlater⁹ ⁊ gradatus sunt vna figura:q: cōtinentur sub vna spē figure q̄ ē triangul⁹:sed nō sunt vn⁹ triāgul⁹:q: sunt diuerse triāguli spēs. ⁊ similiter ē i ꝓposito. numerus enim diuidit̄ i diuersas spēs:quaꝝ vna ē decem. oīa ergo que sunt decē dicunt̄ habere vnum numeꝝ:q: nō differūt ad inuicē ſm spēʒ numeri:cuʒ cōtineāt̄ sub vna numeri spē sed nō pōt dici ꝙ sint eadē deceʒ:q: ea qbus applicat̄ numerus denari⁹ differunt. cū quedam hoꝝ sint canes:et quidā equi. Videt̄ āt hoc Ar. introduxisse ne aliquis ad sustinendā tēporis vnitatē sit cōtentus eo ꝙ dicitur vnum numerū esse equaliū numeroꝝ:sʒ diuersoꝝ:q: sʒ sit idē denari⁹ vel ternarius ꝓpter vnitatē speciei nō tñ ē idem denarius vel ternarius propter diuersitatem que est scōm numeꝝ ex parte materie. Unde ſm istā rōnem sequeret̄ ꝙ tēpus esset vnum spē:sed nō numero. ⁊ ideo ad accipiendum verā tēporis vnitatem opoꝛtet recurrere ad vnitatem pꝛimi motus. qui pꝛimo mēsurat̄ tpe ⁊ quo ēt mēsurat̄ tps. Ultimo āt epilogādo cōcludit dictum eē de tēpoꝛe: ⁊ de his que sunt propꝛia ad considerationeʒ tpis.

Co. 1.

Aristotelis stragirite textus libri quinti.

Transmutat̄ aut transmutans oē. Aliud quidē scdʒ accidēs vt cū dicim⁹ musicū ambulare:qm̄ cui accidit musicū esse:hoc ambulat. Hoc āt i huiusmodi aliquid mutari et similiter dicit̄ mutari:ut quecūqʒ dicūtur scdʒ partes. Sanat̄.n.corp⁹ q: ocul⁹ aut thoꝛax. he aūt ptes toti⁹ corporis sunt. Est aūt ēt aliquid qd̄ neqʒ secūdū accidens mouetur:neqʒ i eo quod aliq̄d ipsi⁹ sed in eo quod ipsum mouet̄ prio. Et hoc ē secūdū seipsum mobile. Secūdū āt alium motū ⁊ aliū alteruʒ est:vt alterabile et alterationis sanabile. et calefactibile alterum.

¶ Diui thome aquinatis in quintum librum physicoꝝ preclarissima commentaria.

Lectio prima.

Postquā Philosophus determinauit de motu ⁊ de his que cōsequunt̄ motū i cōi:hic iā accedit ad diuidēdūʒ motūʒ. ⁊ diuidit̄ i partes duas. In pria agit de diuisiōe mot⁹ ſm ꝙ diuiditur i spēs. In scda de diuisiōe mot⁹.i. partes quātitatiuas ⁊ hoc i sexto libro. ibi (Si āt ē continuū). Prima autē pars diuidit̄ i duas.i. pria agit de diuisiōe mot⁹ i suas species. In ſa agit de vnitate ⁊ oppositiōe mot⁹. ibi. (Post hoc āt dicamus qd est simul.) Pria diuidit i duas.i. pria distiguit motū p se a motu p accidēs. In ſa diuidit motūʒ p se i suas spēs ibi. Qm̄ āt ois mutatio. Pria diuidit i duas. In pria distiguit motū p se a motu p accidens. In ſa pretermittēdum docet motūʒ p accidēs ⁊ determinandūʒ eē de motu p se. ibi. Scdʒ qdeʒ igit̄ accidens. Circa primūʒ duo facit. primo distiguit motūʒ p se a motu p accidens. Scdo epilogat pdcā. ibi. Qño quidē. Distinguit āt i pria pte motūʒ per se a motu per accidēs tripliciter. prio qdeʒ ex parte mobilis. ſo ex pte mouētis ibi. Est āt ⁊ in mouente. Tertio ex parte termini ibi. Qm̄ āt est aliquid. Dicit ergo prio ꝙ oē transmutans.i. transmutatum trib⁹ modis dicitur transmutari: vno mō dicitur aliquid transmutari p accidēs:sicut cum dicimus musicuʒ ambulare:qm̄ hic homo cui accidit eē musicum ambulat. Alio mō dr̄ aliqd transmutari simpliciter:q: aliq̄ pars ei⁹ mutatur:sicut oīa q̄ dicunt̄ mutari ſm partes. ⁊ ponit exemplum in motu alteratiōis. dr̄ enim sanari corp⁹ aīalis: q: sanatur vel ocul⁹:vel thoꝛax.i. pect⁹ q̄ sunt partes totius corpoꝛis. Tertio mō dr̄ aliquid moueri qd̄ neqʒ scdʒ accidens mouetur:neqʒ ſm partē:sed ex eo ꝙ ipsūʒ mouetur prio ⁊ p se:vt per hoc ꝙ dicit. primo excludat̄ mot⁹ ſm partē per id ꝙ dr̄ ſm se excludatur motus p accidēs hoc āt per se mobile variat̄ ſm diuersas spēs mot⁹:sicut alterabile est mobile ſm alteratiōem. ⁊ augmētabile ſm augmentū. ⁊ iteꝝ in specie alteratiōis differt sanabile qd̄ mouetur ſm sanationem ⁊ calefactibile quod mouet̄ ſʒ calefactionem. ¶ Deinde cum dicit.

Co. 2.

Est autē ⁊ i mouēte similiter. Aliud qdē.n. scdʒ accidēs mouet: aliud scdm partē:i eo qd̄ hui⁹ aliq̄. Aliud vero p seipsum primo. vt medicus quidē sanat. Manus autem percutit.

¶ Distiguit motū p se a motu p accñs ex pte mouentis: ⁊ dicit ꝙ similiter pdcā distictio q̄ posita ē ex parte mobilis attēdi pōt ex ipso mouēte. Tripliciter.n. dr̄ aliqd mouet: vno mō per accidēs sicut music⁹ edificat. alio mō ſʒ ptem inq̄tuʒ aliq̄ pars eius mouet:sicut hō dr̄ percutere q: man⁹ ei⁹ pcutit. Tertio mō dr̄ aliqd mouere prio et p se:sicut medic⁹ sanat. ¶ Deinde cum dicit.

Co. 3.

Qm̄ autem est aliquid mouens primuʒ. est auteʒ et aliud quod mouetur. adhuc in quo tēpus:et preter hec ex quo et in quid. Oēs eniʒ motus a quodā et in quiddam.

¶ Procedit ad ostendūʒ motūʒ eodē mō ex pte termini. ⁊ prio pmittit qdā pambula. ſo pōit diuisiōeʒ. ibi. Est āt ⁊ i illis. Circa primūʒ tria facit. prio pōit quot requirātur ad motūʒ. ſo cōparat ea ad inuicē ibi. Hoꝝ āt aliud. Tertio soluit quandā dubitatiōem ibi. Qd̄ qdeʒ igit̄. Dicit ergo prio ꝙ ad motūʒ reqrunt̄ qnqʒ. prio requirit̄ primūʒ mouens:a quo ꝙ.s. est pricipiūʒ mot⁹: ſo reqrit̄ mobile qd̄ mouet̄. Tertio tps i quo est mot⁹: ⁊ pter ista tria requirunt̄ duo termini. vn⁹.s. ex quo icipit mot⁹ ⁊ alius i queʒ mot⁹ ꝓcedit ois.n. mot⁹ est a quodam in quiddam. ¶ Deinde cum dicit.

Co. 4.

Alteꝝ.n. ē qd̄ primū mouet̄:et in qd̄ mouetur:et ex quo. vt lignum et calidum et frigidum. Horum autem aliud quidem mobile est aliud uero in quod. aliud ex quo. Motus aūt manifestum ꝙ in ligno non in specie est. Neqʒ.n. mouet neque mouet̄ species: aut loc⁹ aut quantum hoc. Sed est mouēns quod mouetur:in quod mouetur.

¶ Cōparat pmissa ad inuiceʒ. ⁊ prio mobile ad duos terminos mot⁹. ſo duos termios mot⁹ ad inuiceʒ ibi. Mgis āt i qd̄. Dicit ergo prio ꝙ id qd̄ prio ⁊ p se mouet̄ alterum est a termino i queʒ tendit mot⁹: ⁊ a termino a quo mot⁹ icipit:sicut pʒ i istis trib⁹: lignūʒ: calidūʒ ⁊ frigidūʒ.i. motu.n. calefactiōis lignūʒ qdeʒ est subiectūʒ mobile: aliō vero.s. calidūʒ est termin⁹ ad queʒ. aliō āt.s. frigidūʒ est termin⁹ a quo. Dicit āt id qd̄ mouet̄ pmūʒ esse alteꝝ ab vtroqʒ termino:q: nihil ꝓhibet illō qd̄ mouet̄ p accñs esse alteꝝ terminoꝝ. subiectūʒ.n. vt lignū est ꝙ ca

Lec. 2.

lesit p se: pvatio vero ⁊ cōtrariū vt frigidū est qd calefit p accñs: vt i pmo deni est φ ät mobile sit alter ab vtroq3 termino ꝯñr pbat p hoc φ mot⁹ est i subiecto sicut in ligno. nō ät est i altero terminoꝝ neq3 i specie albi: neq3 i spē nigri: ⁊ hoc p3 p hoc φ illō i quo est mot⁹ mouet ter min⁹ ät mot⁹ neq3 mouet neq3 mouet: siue termin⁹ mot⁹ sit spēs .i. q̃litas: vt in alteratiōe siue sit loc⁹ vt i motu locali: siue q̃tū vt i motu augmēti et decrementi. s3 mouēs mouet subiectū qd mouet i qd mouet .i. in terminū ad quē3. q: ergo mot⁹ ē i subiecto qd mouet. nō ät i termino: manifestū est φ subiectū mobile est aliud a termino motus. ℭ Deinde cum dicit.

Magis ät in quod q̃3 ex quo mouetur denoiabitur mutatio. Unde corruptio in nō esse mutatio est: quāuis ex esse muteur quod corrumpitur: ⁊ generatio in eē: quāuis ex nō eē.

ℭ Cōparat vtrunq3 terminoꝝ ad inuicē: ⁊ dicit φ mutatio magis denoiat a termino ad quē3 q̃3 a termino a quo sicut corruptio dr mutatio i nō esse q̃uis id qd corrūpit mutet ex esse. ecōtrario generatio est mutatio i esse q̃uis icipiat a nō esse. nomen ät generatiōis ad esse ptinet: corruptiōis vero ad nō esse. hui⁹ ät rō est: q: p mutatiōe3 auferē termin⁹ a quo ⁊ acquirit termin⁹ ad quē3. vñ mot⁹ vī repugnare termino a quo et ꝯuenientiā hēe cū3 termino ad quē ⁊ pp hoc ab eo denoiat. ℭ Deide cū dicit.

Co.5. Quid q̃dem igitur motus sit: dictum ē prius. Spēs aūt ⁊ locus ⁊ passiones in que mouentur: que mouentur: i mobilia sunt: vt scientia ⁊ calor. Et dubitabit aliquis si passiōes motus sunt. Albedo autem passio est. erit enim in motu mutatio. et fortassis non est albedo motus: sed albatio.

ℭ Soluit quandā3 dubitatiōe3. ⁊ circa hoc tria facit. pmo pmittit duo q̃ ex pmissis sunt manifesta: quoꝝ pmum est φ i tertio deni ē qd sit mot⁹. scd3 est φ i pcedentib⁹ immediate deni est φ spēs .i. q̃litas: ⁊ loc⁹: ⁊ q̃cunq3 passiones .i. passibiles q̃litates q̃ sunt termini mot⁹: nō mouent cū i eis nō sit mot⁹: vt deni est. vt p3 i scia q̃ est quedā spēs: ⁊ calore qui est q̃dā passio. vel passibilis qualitas. Scdo pōit teriū3 de quo est dubitatio: ⁊ dicit φ aliqs dubitare pōt. vtꝝ passiōes .i. passibiles q̃litates: vt calor: ⁊ frig⁹ ⁊ albedo: ⁊ nigredo: et quo nō mouent sint q̃dā motus. Tertio ducit ad incōueniens si hoc ponatur. Cum .n. albedo sit termin⁹ i quē3 est mot⁹: si albedo sit motus: sequit φ mot⁹ sit termin⁹ mot⁹. qd nō pōt esse vt ifra pbabitur.

Tex.2.

Tex.3. et et hoc determinat veritate3: ⁊ dicit φ albedo nō ē motus sed albatio addit ät. fortassis. q: nūdu3 pbauit φ motus nō terminetur i motu. ℭ Deinde cum dicit.

Est ät ⁊ in illis ⁊ qd ē scd̃m accidēs ⁊ qd est secundū partem: ⁊ scd̃m aliud: ⁊ quod primo est: et non secundū aliud: vt quod fit albū3 in id quod intelligitur: mutatur secundum accidens. Colori enim accidit intelligi. in colorem autem quia pars album coloris est: et in europam: quia pars europe athene sunt. In albū autem colorem per se.

ℭ Ex quo termini mot⁹ sunt aliō a mobili ⁊ a mouente: vt ostēsum est: ostendit φ pter diuisiōe3 mot⁹ que accipit ex pte mobilis ⁊ mouentis: diuidatur tertio mot⁹ ex parte termini. ⁊ q: terminus ad quē3 magis denoiat motum q̃3 terminus a quo: vt deni est: accipit diuisiōem motus a termino ad quē3: sed [illegible] a termino a quo: ⁊ dicit φ ex pte illoꝝ .s. terminoꝝ pōt accipi i motu aliqd qd ē p accñs et aliquid qd est s̃m ptem et s̃m aliud et aliō qd est prio ⁊ nō s̃m aliud. per accidēs quide3: sicut si dicas de eo qd fit album: qd mutat i id qd itelligit vel cognoscitur ab aliquo: erit hoc p accñs. accidit .n. colori albo φ itelligat. Si ät dicatur d eo qd fit albū φ muteur i colorē: q: mutatur i albedine3 hoc erit s̃m ptem. dr .n. mutari i colorē q: mutatur i albedinem q̃ ē pars coloris: ⁊ simile ē si dicā d aliquo q vadit athenas φ vadit i europā: q: athene sunt ps europe. si ät dicatur de eo qd fit albū qd mutat i albū colorē: hoc erit p:io ⁊ p se nō ät diuidit motu3 ex parte tpis qd videbatur residuū: q: tps cōparatur ad motum vt mēsura extrinseca. ℭ Deinde cum dicit.

Quō quidē igit per se mouet. et quō secundum accidēs: et quō scd̃m aliō aliqd: et quō ipsum primum i mouēte: et i eo qd mouet manifestum ē et φ mot⁹ nō in spē: sed in eo quod mouetur et mobili secundum actum fit.

ℭ Epilogat qd dixerat: ⁊ dicit φ manifestū est quō aliquid p se mouetur: ⁊ quō s̃m accidens (⁊ quō s̃m aliquid aliud) .i. s̃m partē. ⁊ iteꝝ quō hoc qd dico primo ⁊ p se inuenitur tā in mouente q̃3 i mobili. dictum est eni quid est mouens pmo ⁊ per se: ⁊ quid est qd mouet primo ⁊ per se. ⁊ iteꝝ dictu3 est φ mot⁹ nō est i spē .i. in qualitate que est terminus motus: sed est in eo quod mouetur: siue in mobili secundum actum: quod idem est.

ℭ Deinde cum dicit.

Co.6. Secundum quidem igitur accidens mutatio dimittatur. In omnibus eni3 est et semper et omnium. quod vero non secundum accidēs est: non est in oībus: sed in cōtrariis et mediis et i cōtradictiōe. Hui⁹ ät fides ex iductiōe est.

ℭ Ostendit de quo motu sit agendum. ⁊ primo oñdit ppositū. scdo manifestat quoddā qd dixerat ibi. (Ex medio ät). Dicit ergo pmo φ mutatio que ē per accidēs dimittenda est: siue p accidens accipiatur ex parte mouentis. siue ex parte mobilis: siue ex parte termini. ⁊ hoc iō quia motus per accidens est īdeterminatus. est .n. i oīb⁹ sicut in terminis: ⁊ i oī tpe: ⁊ oīum subiectoꝝ vel mouentium q: vni infinita possunt accidere. s3 mutatio que nō est s̃m accñs nō est i oībus: sed est tm̄ in ꝯtrariis ⁊ mediis. quātum ad motum qui est in qualitate q̃ntitate ⁊ vbi. ⁊ in contradictiōe. quantū ad generatiōem ⁊ corruptiōe3 quorū termini sunt esse ⁊ nō eē ⁊ hoc p3 per inductionē. sub arte aūt non cadunt nisi ea que sunt determinata: nam infinitorum non est ars. ℭ Deinde cum dicit.

Ex medio autem mutatur. vtitur enim ipso sicut quod est contrarium ad vtrūque. etenim quodāmō medium vltima. vnde et hoc ad illā et illa ad hoc quodāmō dicunt cōtraria. vt vox media grauis ad vltimam subtilis ad extremam et fuscū albū ad nigꝝ. et nigꝝ ad album.

ℭ Manifestat quodā qd dixerat. s. φ motus sit i mediis ⁊ dicit φ cōtingit mutari ex medio ad vtrūq3 extremoꝝ ⁊ ecōuerso: inquantum. s. possum⁹ vti medio vt cōtrario respectu vtriusq3 extremi. mediū .n. inquātū h3 cōuenientiā cū vtroq3 extremoꝝ: est quodāmō vtrūq3 eorū3: ⁊ iō pōt dici hoc ad illud: ⁊ illud ad hoc sicut si dicā φ media vox inter grauem ⁊ acutā. est grauis ad vltimā .i. per cōparationem ad acutam. est subtilis .i. acuta per comparationem. ad extremam .i. ad grauem: ⁊ fuscum est nigrū3 per comparationem ad album: ⁊ ecōuerso.

Co.7. Qm̄ ät oīs mutatio est a quodam et in quiddam: manifestat etiam vtriq3 nomen. post aliud enim aliquid: ⁊ aliud quidē prius. aliud autem monstrat posteri⁹: ⁊ mutabit mutans quadrifarie. Aut eni3 ex subiecto in subiectum: aut ex subiecto in non subiectum: aut ex nō subiecto in subiectum: aut

ex non subiecto in non subiectum. Dico autē subiectum affirmatione monstratum.

Lectio secunda.

Tex.c.11.

Postquam Philosophus diffinixit motū per se a motu p accidens. Hic diuidit mutationē ꝛ motū per se in suas spēs. Ubi cōsiderādum ē ꝙ Ar. supra i tertio vbi motū diffiniuit accepit nomen mot⁹ scdm ꝙ est cōe oībus speciebus mutationis. ꝛ hoc modo accipit hic nomen mutationis. motuꝫ aūt hic accipit magis stricte p quadam mutationis specie. Diuiditur ergo pars ista in partes duas: qꝛ p̄io diuidit mutationē in suas spēs quarum vna est motus. In secunda subdiuidit motum in suas species. ibi. (Si igitur predicamenta). Circa primū duo facit. p̄io ponit diuisioneꝫ mutationis. scdo manifestat partes diuisionis ibi. (Ex non subiecto quidē). Circa primū tria facit. primo premittit quedam necessaria ad diuisionem mutationis. secundo cōcludit ex premissis mutationis diuisionem ibi. (Quare necesse est. Tertio excludit quandā obiectioneꝫ ibi. Que.n. est ex non subiecto. Dicit ergo primo ꝙ cum omnis mutatio fit a quodam in quiddā: vt manifestatur ex ipso mutationis noīe quod denotat aliquid esse post aliud: ꝛ aliud esse prius ꝛ aliud posterius: necesse est his suppositis ꝙ omne quod mutatur quattuor modis mutetur. aut enim vterqꝫ terminus est affirmatus: ꝛ sic dicitur aliquid mutari ex subiecto in subiectum: aut terminus a quo est affirmatus et terminus ad quem est negatus: ꝛ sic dicitur aliquid moueri ex subiecto in non subiectum aut econuerso terminus a quo est negatus ꝛ termin⁹ ad queꝫ ē affirmatus. ꝛ sic dicitur aliquid moueri ex non subiecto in subiectum: aut vterqꝫ terminus est negatus: et sic dicitur aliqd mutari ex non subiecto in non subiectum. non enim accipitur hic subiectum eo modo quo sustinet formam ꝫ omne id quod affirmatiue significatur dicitur hic subiectum.

Deinde cum dicit.

Quare necesse ē ex his que dcā sunt tres eē mutatiōes. s. ex subiecto in subiectū: ꝛ ex subiecto in non subiectū: ꝛ ex non subiecto in subiectuꝫ. Que eniꝫ ē ex nō subiecto in nō subiectū non ē mutatio: pp hoc ꝙ nō ē scdm cōtra positionē. Neqꝫ eni cōtraria neqꝫ cōtradictio ē.

Concludit ex premissis diuisionem mutationis. ꝛ dicit ꝙ necessario ex premissis sequitur ꝙ tres sint mutationis species: quarum vna est ex subiecto in subiectum: sicut cum aliquid mutatur de albo in nigrum. Alia autē est ex subiecto in non subiectuꝫ: sicut cum aliquid mutatur d esse in non esse. Tertia est econuerso ex non subiecto i subiectum: sicut cum aliquid mutatur de nō esse in esse. Deinde cum dicit. Que eniꝫ est ex non subiecto. excludit quādam obiectionē. posset enim aliquis obiicere ꝙ cum premiserit quattuor modis aliquid mutari debuisset concludere quattuor esse species mutationis: et non tres tantum sed hanc obiectionem excludit dicens ꝙ non potest esse aliqua mutationis species de nō subiecto in non subiectū qꝛ ois mutatio est inter opposita. due autem negationes non sunt opposite. neqꝫ enim dici potest ꝙ sint contrarie: neqꝫ ꝙ sint contradictorie. ꝛ huiusmodi etiam signuꝫ est qꝛ quascunqꝫ negationes contingit simul esse veras d aliquo vno ꝛ eodem: sicut lapis nec est sanus nec eger. vnde cum mutatio per se fit solum in contrariis et contradictione: vt supra dictum est: sequitur ꝙ ex negatione in negationem non fit mutatio per se sed solum sic mutatur aliquid per accidens. cum enim aliquid fit de albo nigrum: fit etiam per accidens de non nigro non album. ꝛ p hunc modum dixit aliquid mutari ex non subiecto in nō subiectū. quod autem est per accidens in aliquo genere: nō potest esse species illius generis. et ideo ex non subiecto in non subiectum non potest esse aliqua mutationis species.

Tex.c.

Deinde cum dicit.

Ex non subiecto quidē igitur in subiectum mutatio scdm cōtradictionē generatio ē. Alia quidem simpliciter simplex. Alia vero qdā cuiusdam: vt ex non albo i album: generatio quidem huiusmodi est. que vero ex nō esse simpliciter in substantiaꝫ ē generatio simpliciter ē: secūduꝫ quam fieri et nō fieri simpliciter dicim⁹.

Manifestat partē posite diuisiōis. et circa hoc tria facit p̄io manifestat duas ptes diuisiōis. scdo ondit ꝙ neutra eaꝝ ē mot⁹ ibi. Si igit qd nō ē. Tertio cōcludit ꝙ residua ps diuisiōis ē mot⁹ ibi. (Qm̄ aūt mot⁹.) Circa p̄mū duo facit. p̄io manifestat vnā partē diuisionis. scdo scdam. ibi. (Que neqꝫ ex subiecto i nō.) Dicit ergo p̄io ꝙ illa mutatio q̄ ē ex nō subiecto i subiectū ē iter opposita fꝫ contradictiōeꝫ ꝛ vocat generatio q̄ ē mutatio de nō esse i eē: ſꝫ hec ē duplex. quedā.n. ē simplex generatio q̄ aliqd simpliciter generat. Alia vō ē generatio qdā q̄ aliqd fm qd generat et ponit exēplū de vtraqꝫ generatiōe. et p̄io de fm̄ dicēs ꝙ cū aliqd mutat d nō albo i albū. ē generatio hui⁹. et nō simpliciter. et fo d p̄ma et dicit ꝙ illa generatio q̄ ē ex nō eē simplr i ens qd ē sba ē generatio simpliciter fꝫ quā simplr dicim⁹ aliqd fieri. et nō fieri cū.n. generatio sit mutatio de nō eē i eē fꝫ illū modum d aliqd generari qd ex nō eē i eē mutat. cū aūt ex nō albo fit albuꝫ nō mutatur aliquid ex nō eē simpliciter i esse simpliciter: qd enim mutatur p̄prie subiectum ē. Subiectuꝫ aūt albi est aliqd ens actu. vnde cuꝫ subiectuꝫ maneat i tota mutatiōe etiā i p̄cipio mutatiōis erat ens actu simplr loquēdo: non tamen erat ens actu hoc. s. albuꝫ. et iō nō d fieri simpliciter sed fieri hoc. s. albuꝫ. Subiectuꝫ vō forme substātialis nō ē aliqd ens actu sed ens i potētia tm̄. s. materia p̄ia q̄ in principio generationis est sub priuatione. in fine vero sub forma. et ideo fm generationem substantie fit aliquid simpliciter. Et ex hoc haberi potest ꝙ fm nullam formam que presupponit aliam formam in materia. attēditur generatio simpliciter sed solum fm quid quia quelibet forma facit ens actu.

Deinde cū dicit.

Que vero ex subiecto in non subiectuꝫ corruptio est. Simpliciter quidē que ex substātia in nō esse ē. Quedā autem est. que est in oppositam negationem: sicut dcm̄ ē in generatione.

Manifestat aliā ptē diuisiōis et dicit ꝙ illa mutatio q̄ ē ex subiecto i nō subiectuꝫ vocat corruptio ſꝫ qdā ē corruptio simpliciter q̄. s. ē et esse substātiali i nō esse. qdam vero est i oppositā negatiōeꝫ cuiuscunqꝫ affirmatiōis sicut de albo i nō album q̄ ē corruptio huiusmodi sicut ēt et de generatione dictum est.

Deinde cum dicit.

Co.81

Si igitur qd nō est: dicitur multipliciter: ꝛ neqꝫ ē secūdū compositionem aut diuisionem contingit moueri: neqꝫ quod est secunduꝫ potentiam: ꝙ ei qd est simpliciter scdm actuꝫ oppositū ē. Hoc quidē.n. nō albū aut non bonuꝫ tn̄ cōtingit moueri scdꝫ accidēs. Erit.n. homo nō alb⁹: quod aūt simpliciter nō hoc aliquid est hoc nullo modo contingit moueri. Impossibile ē.n. qd nō ē moueri. Si aūt hoc: ꝛ generatiōē eē motū ipossibile erit. fit.n. qd nō ē. Si enim ꝛ quod ex non ente maxime secundum accidēs fit. Sed tamen verum est dicere: ꝙ est qd non est: de eo qd fit simpliciter. Similiter autem et quiescere. Hec igitur accidunt inconuenientia si moueatur quod non est.

¶ Ostendit ꝙ neutra p̄dictaꝝ partiū est motus. ⁊ p̄mo ꝙ generatio non sit motus: secūdo ꝙ neq; corruptio ibi. (Neq; iā corruptio (primum p̄bat duabus rationib⁹. Quaꝝ prima talis est quod simpliciter non est hoc aliqd non potest moueri: qr quod nō est. non mouetur: sed qđ generatur simplr: est nō ens simpliciter: ergo quod generatur simpliciter non mouetur. ergo generatio simplex nō est motus. Ad manifestationem autem prime propositōnis: dicit ꝙ non ens dicit̄ tripliciter: ⁊ duobus modis dictum non ens non mouetur. tertio modo dictum mouet̄ per accidens. vno modo dicitur ens ⁊ non ens fm diuisionem ⁊ compositionem p̄positionis: p̄out sunt idem cum vero ⁊ falso. ⁊ sic ens ⁊ nō ens sunt in mente tantum siue in ratione tantum: vt dicit̄ in. vj. metha. vnde non cōpetit eis motus: Alio modo dicitur non ens quod est in potentia: fm ꝙ esse in potentia opponit̄ ei quod est esse in actu simpliciter. ⁊ hoc etiam non mouetur. Tertio modo dicitur non ens quod est in potentia que non excludit esse in actu simpliciter: sed esse actu hoc sicut non album dicit̄ non ens ⁊ non bonum. ⁊ huiusmodi non ens contingit moueri: sed per accidens: secundū ꝙ huiusmodi nō ens accidit alicui existenti in actu: cui competit moueri. sicut cum homo est non albus ꝙ autem id quod simplicit̄ nō est hoc aliquid nullo modo moueatur: nec per se neq; per accidens: patet ex hoc ꝙ impossibile est quod non est moueri. vnde impossibile est generationem esse motū. Illud. n. quod non est fit siue generatur. Ex quāuis vt in primo huius dictum est ex non ente fiat aliquid per accidens: ex ente autem in potentia per se: nihilominus tamē verū est dicere de eo quod fit simpliciter ꝙ simpliciter non est: vnde moueri non potest: ⁊ eadem ratione nec quiescere: vnde generatio nec motus est: nec quies. Hec igitur inconuenientia sequuntur siquis ponat generationem esse motum scilicet ꝙ non ens moueatur ⁊ quiescat. Secundam rationem ponit ibi.

Lec. 4. — Lec. 14.

Et si omne quod mouetur: in loco est: qđ autem non est non est in loco: esset enī alicubi.

¶ Que talis est. omne quod mouetur est in loco: sed qđ non est: non est in loco: qr posset de eo dici ꝙ alicubi esset ergo quod non est non mouetur. ⁊ sic idem quod supra. Ueritas autem prime propositionis apparet ex hoc: ꝙ cum motus localis sit primus motuum: oportet ꝙ omne quod mouetur moueatur secundum locum: ⁊ ita sit in loco. Remoto. n. priori remouentur que consequenter sunt.

¶ Deinde cum dicit.

Neq; iam corruptio motus est. Contrarium quidem enim motui motus aut quies. Corruptio autem generationi contrarium est.

¶ Probat ꝙ corruptio non sit motus: quia motui nihil contrariatur nisi motus vel quies: sed corruptioni contrariatur generatio: que neq; est motus neq; quies: vt ostensum est. ergo corruptio non est motus. neq; quies.

¶ Deinde cum dicit.

Co. 9.

Omīs āt mot⁹ mutatiō: q̄dā ē: mutatiōes āt tres sūt dc̄e. Haꝝ āt q̄ sunt secūdū ḡnatiōnē ⁊ corruptionē: nō sunt mot⁹. He āt sunt secūdū cōtradictionē: necesse ē ex subiecto ī subiectū mutationē motū ēē solū. subiecta āt: aut cōtraria aut media. Et p̄uatiō. n. ponit̄ cōtrarium ⁊ monstratur affirmatione nudum: ⁊ album: ⁊ nigrum.

¶ Cōcludit ex p̄missis ꝙ residua pars supra posite diuisionis sit motus. cum. n. motus sit quedam mutationis species: q: in eo ē aliqd post aliud: quod supra dixit ad rōnē mutationis pertinere: mot⁹ sit neq; ē generatio neq; corruptio: que sunt mutationes fm cōtradictionem: relinquitur ex necessitate: cum non sint nisi tres species mutationis ꝙ motus sit mutatio de subiecto in subiectum, ita tamen ꝙ per (duo subiecta) .i. per duo affirmata intelligentur contraria aut media: q: etiam priuatio quoddāmodo est contrarium. ⁊ quandoq; significatur affirmatiue: vt nudum quod est priuatio: ⁊ albū ⁊ nigrū. que sunt contraria.

S igitur predicamenta diuisa sunt substantia ⁊ qualitate ⁊ vbi: ⁊ quando: ⁊ ad aliquod: ⁊ quantitate: ⁊ facere ⁊ pati: necesse est tres esse motus: quantitatis: ⁊ qualitatis: et secundum locum.

Lectio. iij.

P Ostquam philosophus diuisit mutationē in generationē ⁊ corruptionem ⁊ motum: hic subdiuidit motū in suas partes. ⁊ q: oppositorū est eadem scientia: primo assignat species motus: secundo ostendit quot modis immobile dicatur ibi. (Immobile autem.). Circa primum duo facit. primo. ponit quādam propositionem conditionalē per quā accipitur diuisio motus in suas partes. secundo manifestat conditionalem premissam ibi. (Secundum substantiam aūt) Concludit ergo ex p̄missis ꝙ cum motus sit de subiecto in subiectū: subiecta āt est in aliquo genere p̄dicamentorum. necesse est ꝙ species motus distinguant̄ fm genus predicamentorum: cum motus denominationem ⁊ speciem a termino trahat: vt supra dictum est. Si ergo predicamenta sunt diuisa in decem rerum genera. s. substantiā ⁊ qualitatem ⁊c̄. vt dictum est in libro p̄dicamentorum: ⁊ in quinto methaphisice: ⁊ in tribus illorū inueniatur motus: necesse est esse tres species mot⁹. s. motus qui ē ī genere quātitatis et motus qui est in genere q̄litatis: et motus qui est in genere vbi: qui dicit̄ secundū locum. qualiter autem motus sit in istis generibus: et q̄liter pertineat motus ad predicamentū actionis et passionis in tertio dictum est. Unde nunc breuiter dicere sufficiat quod quilibet motus est in eodem genere cum suo termino non quidem ita quod motus qui est ad qualitatem sit species qualitatis: sed per reductionem. sicut enim potentia reducitur ad genus actus. propter quod omne genus diuiditur per potentiam et actum. ita oportet qđ motus qui est actus imperfectus reducatur ad gen⁹ act⁹ perfecti. secundum autem quod motus consideratur vt est in hoc ab alio vel ab hoc in aliud. sic pertinet ad predicamentū actionis et passiōis.

Lec. 1. — Lec. 7. — Lec. 4.

¶ Deinde cum dicit.

Secūdū substātiā autem non est motus: propter nullū entiū substantie contrariū ēē.

Co. 10.

¶ Manifestat conditionalem premissam. et primo ostēdit quod in aliis generibus a tribus predictis non potest esse motus. secundo ostendit quomodo in istis tribus generibus motus sit. ibi. Quoniam autem neque substantie. Circa primum tria facit. quia primo ostendit quod in genere substantie non est motus. secundo quod nec in genere ad aliquid. ibi. Neque est in aliquid. Tertio quod nec in genere actionis et passionis. ibi. Neque agentis et patientis. Pretermittit autem tria predicamenta scilicet quando: et situm ⁊ habere. quando enim significat in tempore esse tempus autem mensura motus est vnde per quam rationem non est motus in actione ⁊ passione que pertinet ad motum: eadem ratione nec in quando. Situs autem ordinem quendam partium demonstrat. ordo vero relatio est ⁊ similiter habere dicitur secundum quandam habitudinem corporis ad id quod ei adiacet vnde in his nō potest esse motus sicut nec in relatione. quod ergo motus non sit in genere substantie sic probat. omnis motus est inter contraria sicut supra dictum est: sed substantie nihil est contrariū: ergo secundum substantiam non est mot⁹. Habet autem dubitationem quod hic dicitur. propter hoc. ꝙ idem philosophus dicit in libro scdo de generatione ꝙ ignis est contrarius aque. ⁊ in primo libro de celo dici/

Lec. 10. — Lec. 4. — Lec. 6.

tur q celum non est generabile nec corruptibile: quia
non habet contrariorum. vnde videtur relinquere q ea
que corrumpuntur vel sint contraria: vel ex contrariis
composita. Dicunt autem quidam ad hoc: q vna sub
stantia potest esse alteri contraria vt ignis aque secunduz
suam formam: non secundum suum subiectum. Sed se
cundū hoc probatio Ar. non valeret. Sufficeret enim ad
hoc q motus sit in substantia: q forme substantiales sint
contrarie. Est enim motus de forma in formam: quia et
in alteratione subiectum non est contrarium subiecto: sed
forma forme. Et ideo aliter dicendū q ignis ē cōtrarius aque
sm q̄litates actiuas et passiuas: q̄ sunt calidū: frigidū: hu
midū et siccū: nō aūt sm formas substātiales. nō eni pōt di
ci q calor sit forma substātialis ignis: cū i aliis corporib⁹
sit accidēs de genē qualitatis. qd eni est de genere substā
tie: nō potest esse alicui accidēs. Sed hec etiam responsio
difficultatē patit. Manifestū ē eni q pprie passiones cau
sant ex principiis subiecti que sunt materia et forma. Si
igit pprie passiones ignis et aque sunt cōtrarie: cum con
trariorum sint contrarie cause: videtur q forme substātia
les sint contrarie. Item in decimo methaphysice proba
tur q omne genus diuiditur per contrarias differrentias
differentie autem sumuntur a formis: vt in octauo eius
dem libri habetur. Videtur ergo q sit contrarietas i for
mis substantialibus Dicenduz est igitur q contrarietas
differentiarum que est in omnibus generibus attendi
tur sm communem radicem contrarietatis: que quidez
est excellentia et defectus: ad quam oppositionem omnia
contraria reducuntur vt in primo huius habituz est. Om
nes enim differentie diuidentes aliquod genus hoc mo
do se habent q vna earuz est vt habundans: et alia vt de
ficiens respectu alterius: propter quod Aristoteles dicit
in octauo methaphysice q diffinitiones rerum sunt sicut
numeri quorum species variantur per additionez et sub
tractionem vnitatis non autem oportet q in quolibet ge
nere sit contrarietas secundum propriam rationem huius
et illius speciei: sed solum secundū eādem rationem excel
lentie et defectus q: enim contraria sunt que maxime di
stant oportet q in quocūqz genere inueniatur contrarietas
q inueniantur duo termini maxime distātes inter quos
cadūt omnia que sunt illius generis: nec hoc sufficeret ad
hoc q in illo genere esset motus: nisi de vno extremo in
aliud contingeret continue peruenire. In quibusdam er
go generibus he due conditiones desunt: vt patet in nu
meris. Quamuis enim omnes species numerorum dif
ferant secundū excellentiā et defectū tñ nō ē accipere duo
extrema maxime distātia in illo genere. est eni accipē mini
mū numerū. s. dualitatē nō tñ maximū. similiter inter spe
cies numerorum nō est continuitas: q: quelibet species nu
merorum form aliter perficitur per vnitatem que indiui
sibilis est: et alteri vnitati non continua. et similiter etiam
est in genere substantie. sunt enim forme diuersarum spe
cierum ab inuicem differentes secundum excellentiam et
defectum. inquantum vna forma est nobilior alia. et pro
pter hoc ex diuersis formis possunt causari diuerse passi
ones: vt obiectum est tamen vna forma speciei secūdū
propriam suam rationem non habet contrarietatem ad
aliam: primo q: in formis substantialibus non attenditur
maxima distātia inter aliquas duas formas: ita q ab vna
earum non veniatur ordinatim nisi per media. sed mate
ria dum exuitur vna forma potest indifferenter recipere
diuersas formas absqz ordine. Unde. Aristoteles dicit in
secūdo de generatione q cū ex terra fit ignis non oportet
q sit transitus per media elementa. Secundo quia cū eē
substantiale cuiuslibet rei sit in aliquo indiuisibili: non po
test aliqua continuitas attendi in formis substantialibus:
vt motus continuus possit esse de vna forma in alia secū
dum remissionem vnius forme et intentionem alterius.
Unde probatio Aristotilis quā pbat in substantia nō esse
motū: q: nō est ibi cōtrarietas ē dēmōstratiua: et nō pba
bilis tñ. vt Cōmentator innuit vr: lz possit et alia rōe pba
ri q mot⁹ nō ē i sbā: quā supra posuit. q: s. subiectū forme
substantialis est ens in potentia tantū. In qualitatibus au
tem tertie speciei manifeste apparet contrarietas sm vtrāqz
rōnem: et q: qualitates possunt īntendi et remitti vt sic pos
sit esse cōtinuus motus de qualitate in qualitatem et q: in
ueniuntur maxīa distantia i vno genere īter duo determina
ta extrema: sicut i colorib⁹ īter album et nigrum in sapo
ribus īter dulce et amarū. in q̄ntitate aūt et loco alterū istorū
manifeste inuenitur. s. continuitas sed aliud. s. maxima di
stantia determinatorum extremorum non inuenitur i eis
si sm cōmunem rationez quantitatis et loci accipiantur:
sed solum secunduz quod accipiuntur in aliqua re deter
minata: sicut in aliqua specie animalis vel plante est aliq̄
minima quantitas: a qua incipit motus augmenti: et aliq̄
maxima ad quam terminatur. Similiter etiaz in loco in
ueniuntur duo termini maxime distantes per compara
tionem ad motum aliquem in quorum vno incipit mot⁹
et in aliud terminat̄ siue sit motus naturalis siue violēt⁹.
¶ Deinde cum dicit.

**Necqz est in ad aliquid: contingit enim alte
ro mutante verum esse alterum nihil mutans.
Quare secundum accidens motus horuz est.**

¶ Ostēdit q nō ē mot⁹ in genere ad aliquid in quocūqz
enim genere est per se mot⁹ nihil alli⁹ generis de nouo i
uenitur in aliquo absqz eius mutatiōe: sicut nouus color
non inuenit̄ in aliquo colorato absqz eius alteratione. Sz
contingit de nouo verum esse aliquid relatiue dici ad al
terum altero mutato: ipso non tamen mutato: ergo mot⁹
non est per se in ad aliquid: sed solum per accidens: īquā
tuz. s. ad aliquā mutationez cōsequitur noua relatio sicut
ad mutationem sm q̄titatez sequitur equalitas vel ineq̄
litas: et ex mutatiōe sm qualitatem similitudo et dissimi
litudo. Hoc autem quod hic dicitur in quibusdam nō vi
detur habere difficultatem. Sunt enim quedam relatio
nes que non sunt aliquid realiter in eo de quo predican
tur quod quidez qnqz cōtingit ex parte vtriusqz extremi
sicut cum dicitur idem eidem idem. hec. n. idētitatis rela
tio i īfinitū multiplicaret̄: si q̄libet res esset sibi eadē p re
lationē additā. manifestum ē. n. q quodlibet sibiipsi ē idē.
est ergo hec relatio sm rōnem tantum inquantum. s. vnā
et eandez rez rō accipit vt duo extrema relationis et simi
liter est in multis aliis. Quedam vero relationes sunt q̄
rum vna realiter est in vno extremo: et alia sm rationem
tantum in altero: sicut scientia et scibile. Scibile enim re
latiue dicitur non quia ipsum refertur per aliquā relatio
nē in ipso existentem: sz q: aliud refertur ad ipsum: vt pz
per philosophū in quinto meta. Et similiter est cuz colū
na dicitur dextra animali. dextrum. n. et sinistrum sunt re
lationes reales in animali: q: in eis inueniuntur determi
nate virtutes in quib⁹ huiu⁹ relatiōes fundant̄. In colūna
aūt nō sunt sm rē: sed sm rōnem tantū: q: nō habet predi
ctas virtutes qui sunt fundamenta harum relationum.
Quedam vero relatiua sunt in quibus ex parte vtriusqz
extremi inuenitur relatio realiter exñs: sicut in qualitate et
similitudine. in vtraqz enim inuenitur q̄ntitas vel quali
tas: qui est huius relationis radix. et similiter etiaz apparet
in multis aliis relationibus. in illis igitur relatiōib⁹ q̄ po
nūt rē aliquā nisi in vno extremorū: nō vr̄ difficile q muta
to illo extremo i q̄ relatio realit̄ existit de nouo dicat̄ ali
qd relatiue de altero absqz sui mutatiōe: cū nihil ei realiter
adueniat: sz i illis i qb⁹ relatō īuenit̄ realit̄ i vtroqz extre
morū: vr̄ difficile q aliqd relatiue dicat̄ de vno p mutatiō
nē alteri⁹ absqz mutatiōe sui: cū nihil de nouo adueniat ali
cui absqz mutatiōe ei⁹ cui aduenit. vñ dicēdū ē q si aliquis
per suam mutationez efficiatur mihi equalis me non mu
tato: ista equalitas primo erat in me quodammodo sicut
in sua radice ex qua habet esse reale. ex hoc enim q ha
beo talem q̄ntitatem: cōpetit mihi q sim equalis omnib⁹
illis q eandem q̄ntitatē habent. cū ergo aliqs de nouo acci
pit illam q̄ntitatem ista cōis radix equalitatis determinat̄
ad istum. et ideo nihil aduenit mihi de nouo per hoc q ī
cipio eē alteri eq̄lis p ei⁹ mutatiōez. ¶ Deīde cū dicit.

Sol. 1. Alexādri. — Improbatō. 1. solutionis. — Sol. 2. — cōtra scdā solutionez. — scdō de generatione. lec. xi. — Lec. 2. — Lec. 8. — Lec. 3. — Lec. 4. — Co. 10. Lec. 2. — Lec. 16.

Neqz agētis: neqz patiētis neqz oīs qui mouet aut mouētis. qz non ē mot⁹ mot⁹. neqz gnatōis gnatio: neqz oīo mutatōis mutatio.

¶ Probat q nō sit motus in genere actōis & passionis. actio enī & passio non differūt subiecto a motu: sʒ addunt aliquam ratonē: vt in tertio dictū est. vnde idem est dicere q mot⁹ sit in agere & pati: & q mot⁹ sit in motu. Circa hoc ergo tria facit. p̄io p̄ponit qd̄ intēdit. sc̄do p̄bat p̄positū. ibi (Primū q̄dez cū ꝯtingit) Tertio ponit q̄ndaʒ distinctionem ad p̄positi manifestationē. ibi (Oino auteʒ qm̄ mouet) Dicit ergo p̄mo q sicut motus non est eius qd̄ ē ad aliqd: ita etiā nō est agentis & patiētis: neqʒ etiam: vt absolutius loquamur: est mouentis aut motu: q: nō p̄t eē q aliqs mot⁹ sit alicui⁹ motus neqʒ q generatio sit generatōis. q̄ sunt species mutationis neqʒ etiam q mutationis sit mutatio: que est genus eoꝝ: & ē corruptionis.

Lec.4.

¶ Deinde cum dicit.

Primum quidem enim contingit dupliciter motus esse motum. Aut sicut subiecti: vt homo mouetur. quia ex albo in nigrum mutatur. sic et motus. aut calescat aut frigescat. aut locum mutat. aut augmentatur. aut diminuitur. Hoc autem impossible est. Non enim subiectorum aliquod est mutatio aut in mutando alterum aliquod subiectum ex mutatione in alteram speciem. vt homo ex egritudine in sanitatem. Sed neqʒ hoc possibile est. nisi secundū accidens. Hic enim motus ex alia specie in aliam mutatio est. Et generatio & corruptio similr̄. p̄ter quod hec sunt in opposita sic. Motus autē nō similiter. Similiter igitur mutabitur ex sanitate in egritudinem ex ipsa hac mutatione in aliam. Manifestuʒ autem quod cū infirmetur mutatus erit in quamlibet. Contingit. n. quiescere. Et amplius non in contingentem semper. Et illa ex quodā in quoddā alteꝝ est. Quare et opposita erit sanatio. sed secundum quod accidit. vt si ex recordatione in obliuionem mutat: qm̄ cui inest illud mutat aliquādo in scientiam. aliquando vero in sanationeʒ.

Co.11.

Co.12.

¶ Probat q mutatōis nō possit esse mutatio. & hoc per vi. rōes. Quarū p̄ia ē: qz si mutatōis sit mutatio: hoc pōt intelligi dupliciter. vno modo vt mutatio sit mutationis sicut subiecti quod mouet: sicut aliqua mutatio est hominis q: homo mouetur puta de albedine in nigredinem. Sic ergo potest intelligi q motus aut mutatio sit mutationis aut motus vt subiecti: ita scilicet q motus aut mutatio moueatur. puta q calescat aut infrigidetur vel moueatur f̄m locū: aut secundum augmentum & diminutionem. sed hoc est impossibile: q: mutatio non est de numero subiectorum cum non sit substantia per se subsistens nō ergo pōt esse mutatio mutationis vt subiecti. Alio modo potest intelligi vt sit mutatō mutatōis vt termini: ita. s. q aliquod subiectum moueatur ex vna specie mutationis i alterā: sicut ex calefactiōe in frigidatiōeʒ: aut sanationē: vt due mutationes intelligantur duo termini vnius mutatōnis: sicut egritudo & sanitas intelligūtur duo termini mutationis: cuʒ homo mutatur a sanitate in egritudinem. sed non est possibile q aliquod subiectum moueatur per se de mutatione in mutationem sed solum per accidens. & quod hoc non sit possibile per se: probatur dupliciter. primo quidem sic omnis enim motus est mutatio ab vna specie determinata in aliam speciem determinatam: & similiter generatio & corruptio que condiuiduntur motui habent determinatos terminos. sed est differentia mutatum q generatio & corruptio sunt in terminum oppositū (sic) s. secundum contradictionem. sed motus ē i terminū oppositū (nō similiter) sed sc̄dm cōtrarietatem si igitur aliquod subiectum mutet de mutatione in mutationem. puta de egritudine in dealbationem: simul dum mutatur subiectū de sanitate in egritudineʒ mutabitur etiā ex hac mutatiōe in aliā. Duʒ enīʒ est subiectū adhuc in termino a quo partim mouetur in terminum ad queʒ. sicut dū aliqs hebet aliqd de sanitate mouetur ad egritudinem. Si ergo motus de sanitate in egritudinē sit terminus a quo alicuius motus dum adhuc durat ista mutatio qua scilicet aliquis mutatur de sanitate ī egritudinē: simul mutabit subiectum de hac mutatione in aliam que succedit in subiecto huic mutationi. Manifestum est āt q quando prima mutatio fuerit terminata scilicet cū iam quis ex sanitate mutatus est in egritudinē: poterit deinceps succedere sibi quecūqʒ alia mutatio. nec hoc est mirum: q: cōtingit terminata prima mutatione subiectum quiescere & nulla mutatione mutari. & eadem ratione contingit q mutetur alia quacūqʒ mutatōe Si igit est aliquis motus de p̄ma mutatione in sc̄dam mutationem q̄ succedit in subiecto. seqt q motus sit de p̄ima mutatiōe in quamcūqʒ aliā indeterminate. & hoc est cōtra rōnem motus per se: qz omnis motus est de determiato ad determinatum terminū. non est enī corpus mouet per se de albo in quodcūqʒ. sed in nigrum aut mediuʒ. patet ergo q due mutationes non sunt per se termini mutationis alicuius. Secūdo aūt p̄bat idē per aliaʒ rōnem. qz si mutatio quedaʒ per se est de mutatione p̄cedēte in mutatōneʒ subsequentē non oportet q sēm p sit mutatio in mutationem (ꝯtigētem). s. quam contingat simul esse cū mutatione precedēte. sicut dealbatio simul potest esse cum egrotatione. sed sanatio non pōt simul esse cuʒ egrotatione. qz sunt contrarie mutationes. contingit tamen q egrotatio. succedit in eodem subiecto sicut dealbatio ita & sanatio. & hoc est q dicit q mutatio q̄ ponit esse de vna mutatione in aliam non semp est in mutationē cōtingētē cū quādoqʒ succedat non contingens. & illa etiam mutatio non contingens est (ex qōdā i qōdaʒ). idest inter duos alios terminos. q̄re ista mutatio nō est cōtingens in quā aliqs mutat de egrotatōe erit sanatio opposita egrotationi. Quod autem hoc sequatur inconueniens patet ex propositione supra inducta. s. q simul dum est p̄ima mutatio mutabitur in secundam. Simul ergo dū aliqs mouetur ad egritudineʒ mutabitur ad sanationem. sanationis autem terminus est sanitas. Est enim de quodam in quoddā aliud vt dicit. vnde relinquitur q simul dum aliquid mouet ad egritudineʒ moueat ēt ad sanitatē. qd̄ ē moueri ad duo ꝯtraria simul & intēdere ea simul qd̄ ē īpossibile. Sic igit manifestum ē q nulla mutatio ē p se de vna mutatōe in aliā. sʒ q hoc ꝯtigat eē p accidēs vt p̄missū manifestat subdēs q p accidēs hoc ꝯtigit. sicut quādo subiectum nūc mutat vna mutatione & postmodū alia. puta si aliqd dicitur mutari per accidens de recordatione in obliuionem. vel in quancunqʒ aliam mutationem. qz subiectum mutationis quandoqʒ mutat in scientiā. quandoqʒ in aliquid. aliud puta in sanitatem. Secundam rationem ponit ibi.

Amplius aūt i īfinitū vadit si erit mutatio nis mutatio: & generatōis generatio. Necesse est igitur esse primam si vltima erit vt si simpliciter generatio fiebat aliquando: & q fit fiebat Quare nūdū erat qd̄ fit simplicit: sʒ aliqd cū fit & factū ē iā & itez fiebat h aliqñ. Quare nō dū erat tūc qd̄ fit. Quoniam autem infinitorū non ē primum: non erit quid vltimum. Quare neqʒ habitum. neqʒ fieri igitur: neqʒ moueri possibile est: neqʒ mutari nihil.

Co.13.

¶ Premittit duas cōditionales. Quarū prima est ꝙ si mutatio est mutationis vel generationis generatio quo/cūq3 modo necesse est ꝓcedere in infinitū: q2 eadē rōe generatio scḋa habebit aliā generationem: ⁊ sic in infinitū. Secūda cōditionalis est: ꝙ si ordinētur hoc modo generationes: ⁊ mutationes: ꝙ mutatio sit mutatōis ⁊ generatio generationis: si vltima mutatio vel generatio erit necesse est ꝙ prima sit. Hāc autē secundā conditionalem sic probat. Sit .n. aliquid quod generetur simpliciter puta ignis: si generationis est generatio: oportet dicere ꝙ etiā ista simpliciter generatio aliquando generabatur. ⁊ hoc ipsum fieri fiebat: cum autē fiebat ipsa generatio: nōdum erat illud qḋ generat̄ simpliciter. s. ignis: q2 aliquid non est dū fit: sed quādo iā factū ē tūc primo ē. q̄diu ergo fiebat generatio ignis: ignis nūdū erat factus: nūdum ergo erat. ⁊ iterū ipsa generatio sue generatiōis eadē ratione aliquādo fiebat. ⁊ sicut quādo fiebat generatio ignis nūdum erat ignis: ita sequitur ꝙ q̄diu fiebat generatio generationis ignis: nūdū esset generatio ignis. ex quo manifestū est ꝙ generatio ignis esse nō potest nisi cōpleta sua generatione. ⁊ eadem ratione nec illa nisi fuerit ꝓcedens. ⁊ sic vsq3 ad primā. Si ergo non fuerit ꝑma generatio nō erit vltima que est generatio ignis: sed si procedatur ĩ generationibus ĩ infinitū non est accipere primā mutatiōē3 vel generationē: q2 in infinitis nō est primū vnde sequitur ꝙ neq3 sit (habitū). i. ꝯñr se habēs ĩ generationib⁹ ⁊ mutationib⁹ si autē nō sit aliqua generatio nec mutatio nihil fit neq3 mouetur. Si ergo generationis sit generatio ⁊ mutationis sit mutatio nihil fit neq3 mouet̄. Est autē3 attēdendum ꝙ hec ratio nō excludit quin mutatio possit se qui mutationē per accidens in infinitum quod oportet dicere ſm opinionem Ar. qui posuit motum eternū: sed intendit ostendere sicut prius dictū est ꝙ mutatio nō sit mutationis per se in infinitū sic enim postrema dependerent ex ĩfinitis ꝓcedētib⁹ ⁊ nunq̄̄ finirent̄. Tertia rationem ponit ibi.

Co.14.

Amplius eiusdem motūs contrarius est ⁊ adhuc quies: ⁊ generatio ⁊ corruptio. Quare ⁊ quod fit cum fiat quod fit nunc corrumpitur. Neq3 enim cum mox fit neq3 posterius. Esse enim oportet quod corrumpitur.

¶ Que tal. ē eidē motui ꝯtrariat̄ ⁊ mot⁹ ⁊ ques: sicut ascēsioni ꝯtrariat̄ descensus ⁊ quies ĩ loco ĩferiori. ⁊ silr̄ generatio ⁊ corruptio ꝯtrariant̄. ꝯtraria āt nata sunt fieri circa idē ergo q̄cq̄d generat̄ pōt corrūpi. S3 si generatiōis est generatio: o3 ꝙ generatio generet̄. ergo gñatio corrūpit̄ sed quod corrūpit̄ o3 eē sicut enī generat̄ qḋ nō ē ita corrūpit̄ qḋ ē: ergo o3 ꝙ (cū fiat qḋ fit). i. cū generat̄ aliq̄d generatōe existēte tūc ipa generatō corrūpat̄: nō q̄dē statī cū generatio desierit neq3 iteꝝ ĩ posteriori tꝑe: s3 simul quod videt̄ inconueniēs. Est autē cōsiderandum ꝙ generatio est vt terminus eius quod generatur: q2 generatio est trāsmutatio ad subiectū. quod autem est generatō nis subiectū non ē id qḋ generatur sed materia eius. vnde Ar. nō recedit a suo ꝓposito q̄ intendebat ostēdere ꝙ mutatio nō est mutationis, vt termini. Quartam rationē ponit ibi.

Co.15.

Ampli⁹ o3 materiam subesse: et ei qḋ fit et mutāti. Que igit̄ erit materia sicut alterabile: vt corpus: aut anima: sic aliq̄d qḋ fit mot⁹: aut generatio. Et iterū aliquid in quod mouetur.

Co.16.

Oportet .n. aliquid esse huiusmodi ex hoc in hoc motum non motum aut generationem.

¶ Que talis est in oĩ generatione oportet eē aliquā materiā ex qua fiat illud quod generatur: sicut in oĩ mutatōe o3 esse aliquā materiam vel subiectū. vt in alteratiōe subiectū ē corp⁹ q̄ntū ad corporales alterōes ⁊ aïa q̄ntū ad aïales. Si ergo generatio generetur o3 ꝙ sit aliqua materia ipsius generationis: que scilicet in speciem generationis transeat. sicut materia ignis generati trāsit in spēcē ignis. ⁊ talē materiā nō ē assignare. Ponit etiam sub eadē ratione aliud mediū: quia scilicet in qualibet generatione vel mutatione oportet esse aliquē terminū in quem aliquid mouetur. ⁊ huiusmodi terminū: oportet esse hoc aliquid demōstratū vel determinatū: hmōi āt nō ē nec mot⁹ neq3 generatio nō ē ergo possibile ꝙ generatiōis aut mot⁹ sit aliqua generatio. Quintam rationem ponit ibi.

Similiter āt q̄uō erit: nō enĩ erit doctrina que doctrine generatio. Quare neq3 generationis generatio: neq3 quedam cuiusdem.

¶ Que talis ē sicut se h3 gen⁹ ad gen⁹: sic ⁊ species ad speciē. Si igit̄ generatōis sit generatio oportebit ꝙ etiā doctrine generatio sit doctrina: s3 hoc apparet manifeste falsū. doctrina enĩ est generatio scientie: ⁊ non generatio doctrīe: ergo nec gñatōis ꝑt eē gñatio. Sextā rōnē pōit ibi.

Co.17.

Ampli⁹ si tres species sunt mot⁹: harū aliquā necesse ē eē subiectā naturā et ĩ quā mouetur. loci ergo mutationem alterari aut ferri.

¶ Que talis est. si mutationis sit mutatio vel sicut subiectū vel sicut terminus: cum tres sint species motus scilicet motus in vbi: ⁊ motus in quantitate ⁊ qualitate: sequetur ꝙ vna harum specierum possit esse subiectum alterius: ⁊ terminus. ⁊ etiam sui ipsius. sequetur ergo ꝙ loci mutatio alteretur. vel etiā feratur secundum locū. que q̄dē euidenti⁹ apparent ĩcōueniētia ĩ speciali q̄ ĩ ꝯmuni. nō ergo dicēdū ē ꝙ mutatōis sit mutatio. aut generatōis generatio.

¶ Deinde cum dicit.

Omnino aūt quoniā mouet̄ omne quod mouet̄ tripliciter: aut in eo quod est secūdū accidens: aut quia pars aliqua: aut quia per se secūdum accidens solū cōtingit mutare mutationem: vt si qui sanus sit currat: aut discat. Hanc autem scḋm accidens dimisimus olim.

¶ Ostendit quomodo possit esse mutationis mutatio. ⁊ dicit ꝙ cū tripliciter aliquid moueat̄. vt supra ē dcm̄ vel ſm accn̄s. vel ſm partē. vel ꝑ se. solūmodo per accidens contingit mutari mutationē. ĩ q̄ntū. s. subiectū3 mutatōis mutatur. puta si aliquis dū3 sit sanus currat aut discat. tūc enim sanatio curret aut discet per accidens. sicut musicus edificat. sed de eo quod mouetur per accidens non intendimus nunc tractare. hoc enim supra iam pretermisim⁹

Lec.6.

Co.18.

Quoniā āt neq3 substātie: neq3 ad aliq̄d neq3 ipsi⁹ facere: aut pati: reliquit scḋ3 q̄le aut quātū ⁊ vbi motū eē solū. in vnoquoq3 enim horum est contrarietas.

Lectio .4.

Postquām Ostenso ꝙ non est motus in substantia neq3 in ad aliquid. neq3 in actione ⁊ passione. Cōcludit in quibus generibus sit mot⁹ Et circa hoc tria facit. primo inducit cōclusionem intentā. secundo ostendit qualiter sit motus ĩ vnoquoq3 trium generum ibi. Motus quide3 igitur. (Tertio remouet quandam dubitationem ibi.) Que autem est in eadē specie. (Dicit ergo primo ꝙ cum motus non sit nec in substātia. nec in ad aliq̄d. nec ĩ facere pati: vt ostensum ē.) Relinquitur ꝙ motus sit solū in istis trib⁹ generibus scilicet qualitate ⁊ quātitate. ⁊ vbi quia ĩ vnoquoq3 horum generū contingit esse contrarietatem quam requirit motus. quare autem pretermittat tria genera scilicet quando. situm. ⁊ habere. ⁊ quomodo in istis trib⁹ generibus in quibus est motus sit contrarietas supra ostensū est.

Lec.7.

¶ Deinde cum dicit.

Mot⁹ quidē igiť scōꝫ q̄le: alteratō: sit huic eni alludit cōe nomē. Dico aūt q̄le nō i substantia: ꝛ nāqꝫ differētia q̄le ē: sꝫ qd passiuū: scōm quod dicitur pati aut impassibile esse.

¶ Ostendit qualiter fit motus in predictis generib⁹: ꝛ p̄mo qualiter fit in qualitate: secundo qualiter in quātitate ibi. (Qui vero secūdū.) Tertio qualiter i vbi. ibi. (Qui autem secundum locum.) Dicit ergo primo ꝙ motus q est in qualitate, vocatur alteratio. huic enīꝫ generi alludit hoc commune nomen quod est alteratio. nam alterū solet dici ꝙ differt secundum qualitatem. Loquimur autē nunc de qualitate non secundum ꝙ quale inuenitur in genē substātie: fm ꝙ differentia substantialis dicitur predicari i eo ꝙ q̄le: sꝫ de q̄li passiuo qd ꝯtinet i tertia specie q̄litatis: sꝫ qd q̄le dr aliqd pati aut nō pati: vt calidū ꝛ frigidū: albū ꝛ nigrū ꝛ hmōi. In his eni cōtigit eē alteratōnē: vt in septiō ꝓbabit. ¶ Deinde cum dicit.

Tex.5.

Qui vero secundum quantū: secundum cōmune quidem innominatus est: sed secunduꝫ vtrunqꝫ aut augmentum aut decrementum. Qui quidem est in perfectam magnitudinem augmentum est. Qui vero ex hac decrementū.

¶ Ostēdit quomō fit mot⁹ in quantitate: ꝛ dicit ꝙ mot⁹ qui ē i quātitate nō est nominatus fm suū genus sicut alteratio. sed nominať fm suas species: q̄ sunt augmentum ꝛ decremētū mot⁹ eni q̄ est in ꝑfecta magnitudie vocať augmētū. Qui vero est a ꝑfecta magnitudine i iperfectū vocať decrementū. ¶ Deinde cum dicit.

Qui autem est scōm loci ꝛ scōm proprium ꝛ commune innominatus est. Sit autem latio vocata: qd commune est. Quāuis dicātur ferri hec sola proprie: cum non in seipsis sit stare mutantibus locum. Et quecunqꝫ non ipsa seipsa mouent secundum locum.

¶ Ostendit qualiter fit motus in vbi: ꝛ dicit ꝙ mot⁹ fm locū nō hꝫ nomē cōmune generis. neqꝫ nomina propria specierū: sed impositū est ei nomen cōmune vt vocet latio. q̄uis hoc nomen nō sit propriū omnino motus localis sꝫ cōmuni. Illa enīꝫ sola dicūtur proprie ferri que sic mouenť fm locū: qd nō est in potestate eorum ꝙ stent. ꝛ huiusmōi sunt illa que non mouentur a seipsis fꝫ locū sed ab alijs. ideo autēꝫ impoī potuit nomen ꝯmune motui in qualitate: qꝛ qualitates sunt contrarie fm propriam rōnem suaꝝ specieꝝ fm quas cōtinentur sub genere qualitatis. contrarietas autē in quantitate non est fm rationeꝫ suarū specierū: sed fm perfectū ꝛ diminutū: vt supra dictum est. ꝛ secundum hoc denominantur species. sed i loco est cōtrarietas solum per comparationem ad motū: respectu cuius duo termini maxime distant. ꝛ ideo quia ista cōtrarietas est fm id qd omnino extraneum ē ab hoc genere non potuit motus qui est i hoc genere habere nomen neqꝫ in generali neqꝫ secundum partes.

Tex.3.

¶ Deinde cum dicit.

Co.19.

Que autem est in eadem specie mutatio in magis ꝛ minus alteratio est. Aut enim ex contrario aut in contrarium motus est: aut simpliciter aut sic. In minus quidem enim vadens in contrarium dicetur mutare. In magis autē tanquam ex contrario in ipsum. Differt enim nihil sic mutare aut simpliciter: nisi ꝙ sic indigebit contraria esse. Magis autem ꝛ minus est quo plus aut minus contrarii insunt: aut nō. Quod quidem igitur hi tres soli motus sunt: ex his manifestum est.

Co.20.

¶ Manifestat quoddā quod poterat esse dubium: ostendens ad quā speciē mot⁹ reducatur mutatio que est fm magis ꝛ minus. puta cū aliquid de magis albo fit min⁹ albū: ꝛ econuerso. posset enim alicui videri ꝙ reduceret ad motū augmēti ꝛ decrementi. Sed ipse ostendit ꝙ reducitur ad motum alteratōis. ꝛ dicit ꝙ mutatio que est in eadem specie qualitatis: puta in albedine vel in magis vel in minus est alteratio. ꝛ hoc probat per hoc ꝙ alteratio est mutatio de contrario in cōtrarium fm qualitatem: qd contingit dupliciter (Aut simpliciter). Cum aliquis mutatur de albo i nigrū: vel econuerso. (aut sic). scilicet quādo aliquid mutatur de magis albo in minus album: ꝛ ecōuerso ꝛ ꝙ sic mutari sit mutari de contrario in ꝯtrariū probat per hoc ꝙ cū aliquid mutatur de magis albo in minus albū: potest dici mutari in cōtrarium: quia appropinquat ad cōtrarium scilicet ad nigrum. cum autem mutatur aliquid de minus albo in magis albuꝫ idem est ac si mutaretur de contrario in contrarium: scilicet de nigro in ipsum albūm. ex hoc enim fit magis album. quia magis recedit a nigro: ꝛ perfectius participat albedinem ꝛ nihil differunt quantum ad hoc ꝙ fit alteratio. ꝙ mutetur aliquid de contrario in contrarium. (vel simpliciter vel sic). scilicet secundum magis ꝛ minus: nisi ꝙ quando mutatur aliquid simpliciter de contrario in contrarium necesse est ꝙ sint duo contraria in actu termini alteratōis vt album ꝛ nigrū. sed mutatio fm magis ꝛ minus est in quantum est plus ꝛ minus de altero contrariorum vel non est. Ulterius cōcludit manifestū eē ex dictis tres solū ꝑdictas species mot⁹ eē.

¶ Deinde cum dicit.

Immobile autē est quod omnino īpossibile est moueri: sicut sonus inuisibilis. Et quod multo tempore vix mouetur: aut quod tarde īcipit: quod dicitur grauiter mobile. Et quod aptum natū est moueri et possibile. non mouetur autem tunc cum aptum natuꝫ est: ꝛ vbi: ꝛ sic. quod quidem quiescere voco imobiliū solū. Contrariū enīꝫ quies motui est. quare priuatio erit susceptiui. quid quidem igitur est motus. ꝛ quid quies: et quot mutationes et q̄les motus. manifestum ex dictis.

Co.21.

¶ Ostēdit quot modis dr īmobile: ꝛ pōit tres modos. p̄mo enim dicitur immobile illud quod nullo modo ē aptum natum moueri vt deus: sicut ꝛ dicitur inuisibile qd non est natum videri: vt sonus. Secūdo modo dicitur īmobile quod difficile est moueri. ꝛ hoc dicit: vel quia postqꝫ incepit moueri mouetur tarde ꝛ cum magna difficultate: sicut si quis dicat claudum immobilem: vel qꝛ difficile est ꝙ incipiat moueri: ꝛ per multuꝫ temp⁹ oportet ad hoc laborare: sicut si dicamus ꝙ aliquis mons vel aliquod magnum saxum est immobile. Tertio modo dicitur aliquid immobile quod natum est moueri: ꝛ potest de facili moueri non tamen mouetur quando natū ē moueri: ꝛ eo modo quo natū est moueri. ꝛ hoc solum proprie dicitur quiescere: quia quies est contraria motui. ꝛ accipit hic contrarietatem large secundum ꝙ etiam includit priuationem. vnde cōcludit ꝙ oportet ꝙ quies sit priuatio in susceptiuo motus. contrarium enīꝫ ꝛ priuatio nō est nisi in susceptiuo sui oppositi. Ultimo epilogat que dicta sunt dicens manifestum esse ex dictis quid sit mot⁹: ꝛ quid quies: ꝛ quot sint mutationes: ꝛ quales mutationes possunt dici motus.

Post hec autēꝫ dicamus quid est simul et extractum quid est: et quid est tangere et quid est medium: et consequenter et quid habitum et quid cōtinuum: et in quali bet re vnūquodqꝫ borū esse aptuꝫ natum sit.

p

Lectio. v.

Postquam Philosophus diuisit mutatiōem ⁊ motū in suas species: hic procedit ad determinandū de vnitate ⁊ contrarietate mot⁹ in suas species. Et circa hoc duo facit. primo ꝑmittit q̄dā necessaria ad sequētia. s° ꝓseq̄t ꝺ pricipali ꝓposito. ibi. (Un⁹ āt mot⁹.) Circa ꝑmū tria facit. p°o dicit ꝺ quo ē ītētio. s° exeq̄t ꝓpositū ibi. (Simul q̄dē igit.) Tertio recapitulat ibi. (Quid q̄dem igitur.) Dicit ergo primo ꝙ dicendū est post predicta q̄d est simul: ⁊ q̄d est extractum vel separatū: ⁊ q̄d est tangere: ⁊ q̄d est mediūm: ⁊ q̄d est consequēter: ⁊ quid habitū: ⁊ quid continuum: ⁊ in quibus hec nata sunt esse. premittit autem ad hoc ꝙ hoꝝ diffinitionib⁹ vtit̄ in demonstrationibus consequentib⁹ per totū librum: sicut ⁊ in principio euclidis ponūtur diffinitiones que sunt sequentiū demōstratiōnūz principia.

¶ Deinde cum dicit.

Co. 22. Simul, quidē igitur dicuntur hec eē secūdū locū: quecūqz in vno loco sunt primo. Separatum autē quecūqz sunt in altero. Tangere āt quorum vltima simul.

¶ Exequit̄ propositū. ⁊ primo diffinit q̄ premissa sunt. s° cōparat ea ad inuicē. ibi. Manifestū āt ꝙ primū. Circa primum tria facit. primo diffinit ea que pertinēt ad tāgere. s° ea que pertinent ad hoc quod est consequenter. ibi. Mediuz vero. Tertio ea que pertinent ad continuū. ibi. Continuuz āt. Et q: in diffinitione eius quod est tangere ponit̄ simul. ideo primo diffinit ipsuz: ⁊ dicit ꝙ illa dicunt̄ esse simul s̄m locū que sunt in vno loco p°o ⁊ dicitur primus loc⁹ vniuscuiusqz qui est propri⁹ locus ei⁹ ex hoc enim aliq̄ dicunt̄ esse simul ꝙ sunt in vno loco ꝑprio. non autem ex hoc ꝙ sunt in vno loco cōi: q: s̄m hoc posset dici ꝙ omnia corpora essent simul. q: omnia continentur sub celo. dicit āt ꝙ simul dicunt̄ hec esse s̄m locuz ad differentiam eoꝝ q̄ dicuntur esse simul tempore. hoc enim non est nunc ad propositum. per oppositum autem dicunt̄ esse separatum vel seorsum quecunqz sunt in alio ⁊ alio loco. Tangere autem se dicunt̄ quorum sunt vltima simul. vltima autem corporum sunt superficies: ⁊ vltima lineaꝝ sunt puncta. Si ergo ponat̄ ꝙ due linee se tāgant in suis vltimis: duo puncta duaꝝ lineaꝝ se tangentiū continebunt̄ sub vno puncto loci continentis nec propter hoc sequitur ꝙ locatum sit maius loco quia punctum additum puncto nihil mai⁹ efficit. ⁊ eadem ratione se habet in alijs.

¶ Deinde cuz dicit.

Co. 23. Mediū vero in quod aptum natū ē primū pertingere mutans. quā in quod vltimum mutat scd̄m naturā continue mutans. in min⁹ autē ē mediū in tribus: vltimum quidem enim mutationis contrarium ē. Continue autez mouetur: qd̄ nihil aūt paucissimū deficit rei nō tēporis. Nihil enim prohibet deficientem rei nō tēporis: ⁊ statim autem post hypatē ꝓsonare vltimam s3 rei in quā mouet̄. Hoc aūt ⁊ in his q̄

Co. 24. sunt secūdū locū: ⁊ in alijs mutationibus manifestum ē. Contrarium autem secundum locū ē: secūdum rectitudinē distans plurimū. Minima autē finita. Metrū āt finitū est.

¶ Diffinit ea q̄ pertinent ad hoc ꝙ consequenter se habet. ⁊ circa hoc tria facit. primo diffinit medium qd̄ ponitur in diffinitione ei⁹ qd̄ est consequenter. s° diffinit hoc qd̄ est consequenter ibi. Consequenter autem. Tertio infert qddam correlarium ex dictis. ibi. Quā āt omnis mutatio. Dicit ergo primo ꝙ medium est in qd̄ p°o aptum natum est peruenire id qd̄ continue mutat̄ s̄m naturam: quam in vltimum terminum mot⁹ in quem mutat̄. sicut si aliq̄d mutat̄ de a. in c. per b. dūmodo sit continu⁹ mot⁹ p°o perueniet ad b. quam ad c. mediū āt pōt q̄dē eē ī pluribus q: inter duo extrema possunt eē multa media: sicut inter albū ⁊ nigrum sunt multi colores medij: sed ad minus oportet ꝙ sit in trib⁹ quoꝝ duo sunt extrema: ⁊ vnuz medium. sic vt igit̄ medium est per qd̄ in mutatiōe peruenitur ad vltimum: sed vltimuz mutatiōis est cōtrariuz dcm̄ est enīz supra ꝙ mot⁹ est de ꝯtrario in cōtrariuz. et q: in diffinitiōe medij posuerat cōtinuatiōez mot⁹ consequēter ondit q̄d dicat̄ cōtinue moueri pōt āt cōtinuatio motus ex duob⁹ attēdi: ⁊ ex tempore in quo mouet̄: ⁊ ex re per quam transit: sicut ē magnitudo in motu locali. Ad hoc igit̄ ꝙ sit mot⁹ cōtinuus requirit̄ ꝙ nulla interpollatio sit in tempore: q: q̄tūcūqz modicuz īterpollaret̄ motus: s̄m tp̄s nō esset cōtinu⁹ sed ex parte magnitudinis ꝑ quā trāsit mot⁹: pōt eē aliq̄ media īterpollatio sine preiudicio continuatiōis mot⁹: sicut p3 ī transitib⁹ viaꝝ in q̄bus ponunt̄ lapides ad modicuz distātes: per quos trāsit hō de vna parte vie ad aliā motu continuo. hoc ē ergo ꝙ dicit ꝙ cōtinue mouet̄ illud qd̄ nihil deficit rei. i. ꝙ nō h3 interpollatiōez ex parte rei per quā trāsit: aut si dēficit paucissime deficit s3 tp̄s nō pōt nec paucissimum deficere si sit mot⁹ cōtinu⁹. qd̄ āt res possit deficere i motu cōtinuo manifestat subdens ꝙ nihil ꝓhibet aliq̄d moueri cōtinue com defectu rei: s3 nō tp̄is sicut si aliqs citharizans statim post pypaten idest primā chordā grauē: sonet vltimā acutā. intermissis q̄buīdā chordis ī medio. S3 iste defectus ē rei in qua est mot⁹ nō āt tp̄is. hoc āt ꝙ dictuz ē de cōtinuitate mot⁹ itelligenduz ē tā ī motu locali q̄3 ī alijs motib⁹. s3 q: non ē manifestuz qd̄ vīmuz ī motu locali sit cōtrariuz: q: loc⁹ nō vr̄ esse cōtrari⁹ loco. iō hoc manifestat ⁊ dicit ꝙ cōtrariuz s̄m locuz ē ꝙ plurimū distat s̄m lineaz rectā. ⁊ intelligēduz ē plurimā distantiā esse s̄m cōparatiōez ad motuz ⁊ mobilia ⁊ mouētia. sicut maxime distant s3 locuz ꝑ cōparatiōez ad motuz grauiuz et leuiuz centrum ⁊ extremitas celi quo ad nos. s̄m āt motuz meum vel tuum maxie distat id quo intendim⁹ ire ab eo a quo incepimus moueri. Quid autē sibi velit ꝙ dixit. scd̄m rectitudinem. exponit subdens. minima āt finita. Ad cui⁹ intellectum considerandū est ꝙ minima distātia q̄ ē inter quecunqz duo puncta signata ē linea: quā cōtingit vnam tm̄ esse inter duo pūcta. sed lineas curuas cōtingit ī infinitū multiplicari īter duo pūcta: s̄m ꝙ due linee curue accipiunt̄ vt arc⁹ maioꝝ vel minoruz circuloꝝ. ⁊ q: oīs mēsura debet esse finita alias non posset certificare quantitatem qd̄ est propriū mēsure: iō distātia que ē īter duo nō potest maxīa mēsurari s̄m lineam curuā: sed solū s̄m lineam rectam que est finita ⁊ determinata.

Lec. 6.

¶ Deinde cum dicit.

Cons. Consequēter āt ꝙ cū post primū solūz sit: aut positione aut specie aut aliquo sic determinatorū: nullū mediū ē eorum que sunt in eodē genere: ⁊ cuius consequenter ē. Dico āt vt linea linee: secūdum ꝙ sunt linee: aut vnitati vnitas. secūdum ꝙ sunt vnitates aut domus domus. Aliud āt nihil prohibet esse medium. cōsequenter enim alicui consequēter ac posteri⁹ aliquid. Non enim vnum consequenter ē duo-

Co. 26. bus: neqz noua luna secūde consequēter: sed hec illis. Habitum autem ē: quod consequenter est: cum tangat.

¶ Diffinit hoc ꝙ consequenter se habet ⁊ quandam speciem eius. s. habitum. ⁊ dicit ꝙ ad hoc ꝙ aliquid dicatur esse consequēter ad alterū duo requirunt̄: quorū vnum est ꝙ sit post aliq̄d primū quodam ordine vel s̄m positionē: sicut in his q̄ sunt scd̄m ordinez in loco vel s3 spēz sicut dualitas est post vnitatem: vel quocūqz alio modo

aliq̄ua determinate ordinent̄ sicut: ſm virtutez: ſʒ digni tatem: ſm cognitionem ⁊ huiõi. aliud quod requirit̄ eſt ꝙ inter id qd eſt cõſequenter: ⁊ id cui eſt cõſequenter nõ ſit aliquid mediū de numero eorū que ſunt in eorū gene re: ſicut linea cõſequenter ſe habeat ad lineam: ſi nulla li nea ſit in medio: ⁊ ſimiliter eſt de vnitate ad vnitatē: ⁊ de domo ad domū. ſed nihil prohibet ad hoc ꝙ aliqd ſit cõ ſequenter alteri quin aliqd ſit mediū inter ea alterius ge neris: ſicut ſi aliquod animal ſit mediuʒ inter duas domꝰ quare ãt dixerit. (⁊ cuius ẽ cõſequenter) ⁊ qd eſt princi pium manifeſtat ſubdens: ꝙ dicit̄ cõſequenter eſt reſpe ctu alterius: ⁊ nõ tanq̄ʒ prius ſed poſteriꝰ. Nõ enim dici tur ꝙ vnū ſit cõſequēter duobus: neqʒ noua luna ſecunde ſed ecõuerſo. Deinde diffinit quandam ſpeciem eius qd eſt cõſequenter habitū. ſ. ⁊ dicit ꝙ nõ omne qd eſt conſe quenter eſt habitum: ſed quando ſic eſt cõſequenter qd tã git: ita ꝙ nihil ſit mediū non ſolum eiuſdem generis: ſed nec alterius. ℭ Deinde cum dicit.

Quoniaʒ autem omnis mutatio in oppo ſitis eſt: oppoſita autem contraria: ⁊ que ſcđm contradictionem ſunt contradictionis autēʒ ni hil medium: manifeſtum eſt ꝙ in contrariis erit medium.

ℭ Cõcludit ex premiſſis ꝙ cū medium ſit per quod ali quid mutat̄ in alterꝫ: ⁊ omnis mutatio ſit inter oppoſita q̄ vel ſunt ꝯtraria vel ꝯtradictoria: in ꝯtradictoriis aūt nihil eſt mediū: relinquit̄ ꝙ omne mediuʒ ſit inter ꝯtraria ali quo modo. ℭ Deinde cum dicit.

Continuum ãt eſt quod quidem habitum aliquid. Dico autem eē continuum cū idem ſi at ⁊ vnus vtriuſqʒ terminus eorum que tāgū tur: ⁊ ſic ſignificat nomen continui. Hoc autēʒ eſſe nõ poteſt: cum duo ſint vltima. Sed hoc terminato manifeſtum eſt ꝙ in his eſt cõtinuū ex quibus vnum aliquod aptum natum ē fieri ſcđm contactum. Et ſicut aliquando ſit conti nuum vnum: ſic ⁊ totum erit vnum: vt aut pe netratione aut conclauatione: aut colla: aut ta ctu: aut adnaſcentia.

Co.27.

ℭ Manifeſtat quid ſit ꝯtinuum. ⁊ dicit ꝙ ꝯtinuū eſt aliq̄ ſpēs habiti: cū enim vnus ⁊ idē fiat terminus duoꝝ: que ſe tangūt dr̄ eē ꝯtinuū. ⁊ hoc ēt ſignificat nomen. nam cõ tinuū a cõtinuando dr̄. quando igit̄ multe partes cõtinen tur in vno: idest quaſi ſimul ſe tenēt tunc eſt ꝯtinuum. ſed hoc nõ poteſt eē cum ſint duo vltima: ſed ſolū cum ē vnū. Ex hoc ãt vlterius ꝯcludit ꝙ ꝯtinuatio eē nõ poteſt niſi in illis ex quibus natū eſt vnum fieri ſm contactum. Ex ea dē enim rõne aliquod totum eſt ſm ſe vnum ⁊ continuū ex qua ex multis ſit vnum continuum: vel per aliquā cõ clauatiõem: vel per aliquam incollationem: vel per quē cunqʒ modū ꝯiungendi ita ꝙ fiat vnus terminus vtriuſqʒ vel etiam per hoc ꝙ aliquid iuxta aliud: naturaliter naſci tur ſicut fructus adnaſcit̄ arbori ⁊ cõtinuat̄ quodãmõ ei. ℭ Deinde cum dicit.

Manifeſtum aūt ⁊ quod primū cõſequē ter. Contactum quidem enim eſt neceſſe cõſe quenter eſſe. Quod conſequenter autem non omne tangere. vn̄ i prioribus ratiõe cõſequen ter eſt. ut i numeris. Tactus ãt nõ eſt.

Co.28.

ℭ Cõparat tria premiſſorū ad inuicem de quibus princi paliter intendit ſcilicet cõſequenter ſe habens contactum ⁊ cõtinuum: ⁊ circa hoc tria facit. primo ꝯparat cõſequē ter ſe hñs ad contactum: ſcđo cõtactum ad ꝯtinuū ibi. (Et quidem cõtinuū). Tertio infert qddam correlariū ex di ctis ibi. (Quare eſt ſi vnitas.) Dicit ergo primo manife ſtū eē ꝙ ꝯſequenter ſe habens eſt primum iter cetera pre miſſa ordine nature. ſm ꝙ dr̄ eē prius a quo nõ ꝯuertit̄ conſequētia eſſendi. q: omne contactum neceſſe eſt eſſe cõ ſequenter. nõ enim inter ea que ſe cõtingunt eſt aliquē or dinem ad minus poſitione. ſed nõ oʒ omne ꝙ conſequen ter ſe hʒ eē tangens. q: ordo pt̄ eſſe. in quibus non eſt ta ctus: ſicut in ſeparatis a materia: vnde hoc quod eſt conſe quenter inuenit̄ in his que ſunt priora ſm rõnem. Inue nitur enim in numeris in quibus nõ inuenitur tactus: qui inuenit̄ ſolum in continuis numeri ãt ſm rõneʒ ſunt prio res continuis quantitatibus: ſicut magis ſimplices ⁊ ma gis abſtracti. ℭ Deinde cum dicit.

Et ſi quidē cõtinuum etiam neceſſe ē tan gere. Si vero tāgit: nõdum cõtinuum eſt. Nõ enim neceſſe eſt unum eſſe ipſorum vltima: ſi ſi mul ſunt: ſed ſi vnum ſunt neceſſe eſt ⁊ ſimul. Quare iſertus vltimus eſt ſcđm generatiõem neceſſe eſt enim tāgere: ſi ad nata erūt vltima. cõtacta autem nõ oīa ad nata ſunt. In quibus autem nõ eſt tactus: manifeſtum eſt ꝙ nõ eſt conſertus in his.

ℭ Cõparat cõtactuʒ ad continuuʒ. ⁊ dicit ꝙ eadē rõe cõ tactum eſt prius q̄ʒ continuum: q: ſi aliqd eſt continuum neceſſe eſt ꝙ ſit tangens: ſed non eſt neceſſarium ſi tangit ꝙ ſit continuum: ⁊ hoc ꝓbat per rõnem vtriuſqʒ. nõ eniʒ neceſſarium eſt ꝙ vltima aliquoꝝ ſint vnum: quod eſt de rõne continui. Si ſunt ſimul: qd eſt de rõe contacti: ſʒ ne ceſſe eſt econuerſo ſi vltima ſunt vnum ꝙ ſint ſimul rõne qua pt̄ dici ꝙ vnum ſit ſimul ſibi ipſi. Si ãt hoc ꝙ dico ſi mul importat habitudineʒ diſtinctoꝝ non poſſunt eē vnū que ſunt ſimul: ⁊ ſm hoc nec contacta eē poſſunt que ſunt continua. Sed cõiter accipiendo. Unde concludit ꝙ (in ſertus): idest continuatio ſcđm quam vna pars inſeritur alteri in vno termino eſt vltimus in ordine generationis ꝓ ut ſpecialia ſunt poſteriora cõibus ſicut prius generat̄ ani mal q̄ʒ homo. ⁊ ideo dico eē vltimum inſertum: q: neceſ ſe eſt aliqua ſe tangere ad inuicem ſi vltima eoꝝ (ſunt ad nata) idest naturaliter vnita: ſed non eſt neceſſariuʒ ꝙ om nia que ſe tangunt ꝙ ſint naturaliter ad nata ad inuicē: ſʒ in quibus non poteſt eē contactus: manifeſtum eſt ꝙ in his, non poteſt eē (conſertus.) .i. continuatio. ℭ Deinde cum dicit.

Quare ſi eſt vnitas et punctum q̄ualia dī cūt ſeparata. Nõ poſſibile eſt vnitatem et pun ctum idem. His quidem ineſt tāgere: unitati bus autem cõſequēter. Et horum quidem cõ tingit eſſe medium. Omnis enim linea mediū pūctorum ēſt. Harum autem non eſt neceſſe. Nullum enim medium eſt dualitatis et vnita tis. Quod quidem igitur eſt ſimul et extra. Et quid tāgere et quid mediū et quid conſequen ter et quid habitum et quid continuum et in quolibet vnūquodqʒ eorū ineſt: dictuʒ eſt.

Co.29.

Co.30.

ℭ Concludit quoddam correlarium ex dictis. ſ. ꝙ ſi vni tas ⁊ punctus ſunt ſeparata ſicut quidam dicunt ponētes mathematica ſeparari ſm eſſe: ſequit̄ ꝙ vnitas ⁊ pun ctum non ſunt idem. ⁊ hoc manifeſtum ſit duabus rõni bus. primo quidem q: puncta ſunt in his que nata ſunt ſe tangere: ⁊ ſcđm puncta aliqua ſe tangunt ad inuicem. In vnitatibus autem non inuenit̄ contactus ſed ſoluʒ hoc ꝙ eſt conſequenter. ſecundo vero q: inter duo puncta cõ tingit eſſe aliquid medium. omnis enim linea eſt mediuʒ inter duo puncta. ſed inter duas vnitates non neceſſe eſt eſſe aliquod medium. patʒ enim ꝙ inter duas vnitates que conſtituunt dualitatem ⁊ ipſam primam vnitatem nihil ē

medium. Ultimo epilogat que dcā ſunt: ⁊ eſt planū i lrā.

Co.31.

VNus aūt motus dicatur multipliciter: vnum quidem enim multipliciter dici/mus. Genere quidem igitur vnus eſt ſecūdū figuras predicamenti. Loci mutatio q̄dem enim omni loci mutationi genere vna eſt. Alteratio āt a loci mutatione altera genere ē.

Lectio. vi.

POſtquam Philoſophus poſuit quaſdam diffinitiones neceſſarias ad ſequentia: ꝓcedit ad tra/ctandum de vnitate ⁊ diuerſitate motus. ⁊ primo determinat de vnitate ⁊ diuerſitate motus. ſecundo de contrarietate que eſt quedam di/uerſitas ſpecierum ibi. (Amplius autē determinandū.) Circa primum duo facit. primo diſtinguit vnitatem mo/tus ſm tres cōes modos. ſcḋo alterū eoꝝ ſubdiuidit ibi. (Quoniam autem continuum ē.) Circa primum tria fa/cit. primo oſtendit quomodo motus dicat̄ vnus genere. ſecundo quomodo dicatur vnus ſpec. e. ibi. (Specie aūt vnus eſt ⁊c.) Tertio quomodo dicat̄ vnus numero ibi. (Simpliciter autem vnus.) Dicit ergo p̄io ꝙ motus dr̄ vnus multipliciter ſcḋm ꝙ ipſum vnum in commu/ni acceptum multipliciter dr̄. ſ. genere ⁊ ſpecie ⁊ numero dr̄ autem motus vnus genere ſcḋm figuras predicamen/ti. omnes enim qui ſunt in vna coordinatione predicamē/ti poſſunt dici vnus motus genere: ſicut omnis loci muta/tio eſt vnus motus genere q: eſt in vno predicamento vbi. Differt autem genere ab alteratione que eſt in predi/camento qualitatis: vt ſupra dcm̄ eſt.

Lec.4.

Deinde cum dicit.

Specie autem unus eſt: cum genere vnus ⁊ indiuidua ſpecie ſit ut coloris quidē ſunt dif/ferentie iam igit̄ alius ſpē denigratio ⁊ dealba/tio. Omnis autem dealbatio omni dealbatiōi idem ſecūdum ſpeciem erit: ⁊ omnis denigra/tio denigrationi. Albedini autem non ampli/us. unde ſpecie una dealbatio albationi om/ni. Si autem ſunt quedā que ⁊ genera ſimul et ſpecies ſunt: manifeſtum eſt ꝙ ut ſpecie unū erit: ſimpliciter vnus ſpecie nō ut doctrinatio ſed ſcientia quidem ſpecies exiſtimationis. ge/nus autem ſcientiarum aliarum.

Oſtendit quomodo motus ſit vnus ſpecie. ⁊ p̄io oſtē/dit propoſitum. ſecūdo mouet quandam dubitationē ibi. (Dubitabit autem aliquis.) Dicit ergo primo ꝙ mot⁹ dr̄ vnus ſpecie cum non ſolum eſt vnus ſcḋm genus: ſed etiam ſcḋm ſpeciem indiuiduam. i. ſpecialiſſimaꝫ que nō diuidit̄ in alias ſpecies. Sunt enim quedam ſpecies que diuidunt̄: ſicut color ſpecies eſt qualitatis: ſed tamen ba/bet differentias quibus in ſpecies diuerſas diuidit̄. vn/de motus qui ſunt ſm coloreꝫ: poſſunt eſſe diuerſi ſpecie ſicut dealbatio ⁊ denigratio: ſed omnis dealbatio eſt ea/dem ſcḋm ſpēm: ſimiliter ⁊ omnis denigratio: q: albedi/ni nō ſunt amplius ſpecies in quas diuidat̄: ſed ſi ſunt que dam que ſunt ſimul genera ⁊ ſpecies: manifeſtum eſt ꝙ motus qui conueniunt in ſpecie ſub alterna (ſunt vt vnū ſpecie). i. ſcḋꝫ quid vnus: ſed ſimpliciter non ſunt vn⁹ ſpe/cie ſicut ſcīa quidem eſt ſpecies exiſtimationis: ⁊ genus diuerſarum ſcientiarū. vnde omnis doctrinatio que eſt motus ad ſcientiaꝫ: eſt quodāmodo vna ſpecie non tamē ſimpliciter: q: doctrinatio qua docet̄ grammatica eſt ſim/pliciter alia ſpecie ab ea qua docet̄ geometria. Attenden/dum eſt autem ꝙ in premiſſis vnitatem ⁊ diuerſitatem motus determinauit ſcḋm genera ⁊ ſpecies in quibus cō/tingit motum eſſe. q: motus quodammodo reducit̄ ad genus rerum in quibus eſt motus. Deinde cuꝫ dicit

Dubitabit autem aliquis: ſi ſpecie unus motus ſit cum ex eodem idem in idem mutet̄ ut unum punctum ex hoc loco in hunc locum iterum et iterum. Si autem hoc eſt: erit circu/latio rectitudini eadem et uolutatio ambulatio/ni. Aut determinatum eſt id in quo ēſt ſi alteꝝ eſt ſpecie: quoniam alter motus eſt. Circulare autem a recto alterum ſpecie eſt. Genere qui/dem igit̄ et ſpecie motus unus ſic eſt. Simpli/citer autem unus motus eſt qui ſubſtantia qui/dem unus et numero eſt. Quis autem huiuſ/modi ſit manifeſtum eſt diuidentibus. Tria. n. ſunt ſcḋm numerum. circa que dicimus motuꝫ unum quod et ī quo et quādo. Dico autē qꝺ̄ qm̄ neceſſe eſt aliquid eſſe quod mouet̄ ut bo/minem aut aurum. Et ī aliquo hoc moueri ut ī loco aut ī paſſione. Et quādo. In tempore enim omne mouet̄. Horum autem triuꝫ gene/re quidem aut ſpecie eſſe unum eſt ī re in qua mouetur. Habitum autem erat in tempore.

Co.32. Co.33. Co.34. Co.35.

Mouet quandam dubitationem circa premiſſa vtrū. ſ. ex neceſſitate ſit vnus ſpecie motus cum aliquid idem mutat̄ multotiēs de eodem in idem: ſicut ſi vnum pūctū ſcḋm geometras: qui imaginantur punctum moueri: mo/ueatur ex hoc loco in hunc locum multotiens. ⁊ hoc qui/dem vī ſecūdum premiſſa. Si enim motus qui ſunt in ea/dem ſpecie vt in albedine ſunt idē ſpecie: multo magis duo motus qui ſunt in eundem locum numero. Si autē hoc cōcedat̄ ſequit̄ inconueniens. ſ. ꝙ motus rectus ſit vnus ſpecie motui circulari: contingit enim ab hoc loco in hunc locum. primo quidem moueri circulariter quaſi per arcum quendam: poſtmodum motu recto quaſi per lineam rectam. ⁊ ſimiliter ſequit̄ in motibus animalium ꝙ ambulatio que eſt per lineam rectam ſit eadem ſcḋm ſpeciem volutationi qua animal per lineam circularē vol/uendo ſe mouet̄. Hanc autem dubitationem ſoluit ſcḋꝫ premiſſa. determinatū eſt enim ꝙ ſi id in quo eſt motus eſt alterum ſpecie: ⁊ motus eſt alter ſpecie: vnde ad hoc ꝙ motus ſit idem ſpecie non ſoluꝫ requirat̄ identitas ter/mini ſcḋm ſpeciem: ſed etiam identitas eius per qḋ tran/ſit motus. manifeſtum eſt autem ꝙ linea recta ⁊ circula/ris ſunt diuerſe ſecundum ſpeciem. vnde motus circula/ris ⁊ rectus ⁊ volutatio ⁊ ambulatio non ſunt idem ſm ſpeciem: quāuis ſint circa eoſdē terminos: q: via non eſt eadem ſcḋm ſpeciem. ſed ſi ſint idem termini ⁊ eadē via ſcḋm ſpeciem ſunt idem motus ſcḋm ſpeciem ⁊ multo magis ſi termini ⁊ via ſunt eadem numero: motus itera/ti erunt idem ſecundū ſpēm. Deinde cum dicit.

Simplicter autem unum ī oībus his eſt. Et nāqꝫ ī quo eſt unuꝫ. oꝫ eſſe et īdiuiſibile ut ſpeciem. Et ipſum quando unum tempus et nō deficiēs. Et quod mouet̄ unum eſſe: nō ſe/cundum accidēs ut album nigrum fieri et co/ryſcum ambulare. unum autem eſt coriſcus et album ſed ſecūdū accidēs. Neqꝫ commune. Eſſet enīꝫ duos homines ſimul ſanari ſecūdū eandem ſanitatem. ut ophthalmie. ſed nō unus hic eſt ſed ſpecie unus eſt.

Ponit tertium modum quo motus dr̄ vnus nume/ro. ⁊ circa hoc duo facit. primo manifeſtat quis motus ſit vnus numero. ſecundo circa hoc mouet quandam du/

bitationes ibi.(Socratem autē.) Dicit ergo primo ꝙ secūdm predictos modos non dicit motus vnus simplici/ter: sed secūdm quid: scilicet genere ⁊ specie. Tertio autem modo dr̄ motus simpliciter vnus qui est vnus numero secundum essentiam. quis autem motus sit hoc modo manifestum erit distinguendo ea que requirunt ad mo/tum. sunt enim numero tria circa que consistit vnitas mo tus scilicet subiectum quod mouet: ⁊ genus vel species in qua est motus: ⁊ tempus quādo mouet. ⁊ manifestat singula quod mouet quidem dicitū est: q: necesse est ali quid esse in quocunq; motu qd̄ mouet: sicut hominē: aut aurum vel quodcūq; corpus. ⁊ similiter necesse est hoc vel quecunq; alia mobilia moueri in aliquo genere vel specie. puta in loco (aut in passiōe) .i. impassibili qua litate. ⁊ similiter necesse est considerare quando mouetur q: omne quod mouet mouet in tempore. contingit autē de numero horum trium inueniri vnum genere aut spe cie in re in qua est motus: sicut in loco vel qualitate. s; in tempore non est attendenda quantum ad vnitatem mo/tus vnitas generis vel speciei: cum non sit nisi vnum tē/pus secūdm speciem: sed ꝙ sit habitum id est continuo con sequens absq; interpollatione. vnitas autem motus scd̄z quā dr̄ simpliciter vnus consistit in vnitate omnium hoꝝ oꝫ enim id in quo est motus esse vnum ⁊ indiuisibile eo modo quo species specialissima indiuisibilis dr̄. ⁊ iterū oꝫ ipsum tempus quando fit motus esse vnum continuū (⁊ non deficiens): id est absq; interpollatione. ⁊ tertio oꝫ id quod mouet esse vnū s; excludit duos modos vni tatis subiecti q nō sufficit ad hoc ꝙ mot⁹ sit vn⁹ simplr. Primus modus est fm accidens: sicut coriscus ⁊ albus sunt vnum f; accidens: nō tamen motus proprius cory/sci ⁊ motus proprius albi est vnus. motus enī; proprius albi est nigrum fieri. ⁊ motus proprius corysci est ambu lare: qui quidem motus differunt. Secūdus modus est vnitas generis vel speciei. non enim ad hoc ꝙ sit vn⁹ mo tus numero sufficit ꝙ subiectum sit vnum sicut aliquod cōmune vel genus vel species. contingit enī; duos homi nes in eodem tempore sanari: ⁊ fm eandem speciem sa nationis puta q: sanant de ophthalmia que est infirmitas oculorum: ⁊ sic concurrit vnitas ipsius quando: ⁊ eius in quo ⁊ vnitas subiecti secūdū spēm: non tamen he due sa nationes sunt vn⁹ motus numero sed vnus specie.

¶ Deinde cum dicit.

Lo.36. Socratem autem secundum alteratiōem eandem alterari specie in alio autem tempore: ⁊ iterum in alio. si quidem contingit corruptū iterum unum fieri numero: erit et hic unus. si vero non. idem quidem secūdum speciem: un⁹ autem numero non.

¶ Introducit quandam dubitatiōem. ⁊ circa hoc tria fa cit. primo pōit id quod vr̄ in p̄io aspectu de vnitate mo tus fm numeꝝ. ꝭo mouet dubitatōe; circa hoc ibi.(Ha bet autem dubitationem.) Tertio determinat veritate; ibi.(Eadem rō est.) Dicit ergo p̄io ꝙ cōtingit aliquod vnum mobile: vt socratem: fm alteratiōem: fm eandem specie; alterari in vno tempore: ⁊ iterū in alio: sicut si sa netur bis de ophthalmia. Hec autē iterata alteratio erit vnus motus numero vt videtur in p̄io aspectu: si sanitas que acquiritur sit eadem numero: ⁊ hoc erit si contingat id quod est corruptum: iterum fieri vnum numero quod videt̄ impossibile. Sanitas enim que in prima alteratōe fuit acquisita postmodum fuit corrupta: ⁊ non potest re/cuperari eadem numero. sed videt̄ ꝙ si recuperet̄ eade; numero ꝙ alteratio sequens esset vnus numero motus cum prima. si vero non recuperetur eade; sanitas nume ro erit quidem motus idē specie: sed nō vnus numero.

¶ Deinde cum dicit.

Lo.37. Habet autem dubitatiōem huic similem ⁊ utrum una sanitas ⁊ omnino habitus ⁊ pas siones substantie sint in corporibus. Moue ri nāq; uidentur habentia et fluentia. si igitur eadem et una que diluculo et nunc sanitas: q̄ re nō ⁊ cum deficiēs accipiat iterum sanitatem ⁊ hec et illa uno numero erit.

¶ Mouet quandam aliam dubitatione; circa hoc: ⁊ du bitatio talis est. si aliquis continue perseueret in sanitate vel in quocunq; alio accidente: vtrum vna sanitas vel qui cunq; alius habitus aut passio possit esse in corporibus. et videtur ꝙ non quia quibusdā physicis visum fuit ꝙ om nia subiecta que habent aliquas qualitates: aut habitus sint in continuo motu ⁊ fluxu. Si ergo in aliquo qui san⁹ perseuerat vna ⁊ eadem sanitas est que fuit in mane: ⁊ q̄ est nunc in meridie vel sero: nō videt̄ rō posse reddi qua re etiam si deficit aliquis a sanitate: ⁊ iterum accipiat sani tatem secunda sanitas recuperata non sit vna numero cū sanitate prius habita. Hanc autem dubitatiōem Aristo. non soluit quia non est ad propositum: sed magis ad con siderationem methaphysici pertinet: ad quem pertinet cō siderare de vno ⁊ multo ⁊ eodem ⁊ diuerso. ⁊ iterū q: illa dubitatio super falso fundatur: scilicet ꝙ omnia sint ī continuo motu ⁊ fluxu quod Heraclitus opinatus est. ⁊ hoc Aristo. improbat in quarto metha. nec tamen ē simi/lis rō q: quādiu sanitas manet licet varietur homo secūdū sanitatem: vt puta si fiat homo magis vel minus sanus nō intercipitur esse sanitatis. sicut intercipit̄ quando totaliter corrumpitur sanitas. ¶ Deinde cum dicit.

Lec.10.

Eadem enim ratio est: nisi quod in tantum differunt. Quia si quidem duo idem: sicut nu mero unus et habitus esse necesse est. vnus. n. numero actus: unus numero. si uero habitus unus est: fortassis non alicui uidebitur unus ⁊ actus esse. Cum enim pauset ambulans: non amplius est hec ambulatio. Iterum autē am bulante erit. si igitur unus et idem est: cōtingit unum ⁊ idem corrumpi et esse multotiens. He qdē igit̄ sunt dubitatōes extra q̄ nūc ē itētōe;.

Lo.38.

¶ Determinat veritatem circa id qd̄ supra p̄dixerat: di/xerat. n. supra ꝙ si sit eadē q̄litas q̄ recuperet̄: erit idē mo t⁹ numero scd̄a alteratio cū p̄ia. Si vero nō redit eadem numero qualitas: sequit̄ ꝙ nō sit vnus act⁹ numero. ⁊ in terposita quadā dubitatiōe quasi assignās rōnem premis sorū: subdit ꝙ iō premissa dcā sunt: q: eadē rō vr̄ ī p̄imo aspectu de vnitate q̄litatis ⁊ mot⁹: s; intantū differūt: q: bene sequit̄ si duo mot⁹ sint idē eo mō sicut aliqs mot⁹ dr̄ vnus numero: necesse ē ꝙ habitus. i. q̄litas acq̄sita p mo tū sit vna: q: vn⁹ numero act⁹. ē vnī⁹ numero q̄litatis acq̄ site p actū illū. s; si q̄litas sit vna q̄ redit: potest alicui uide ri ꝙ nō ꝓpter hoc sit vn⁹ act⁹. nō enim si terminꝰ mot⁹ sit un⁹ numero. oꝫ ꝙ motus sit unus numero: qd̄ p; ī motu locali. cū. n. ambulās pausat: cessat illa ambulatio: sed q̄n iterū ambulare īcipit iterū ambulatio erit. Si ergo dicat̄ ꝙ sit una ⁊ eadem ambulatio cōtingit ꝙ unum ⁊ idē sit ⁊ corrūpat̄ multotiēs: qd̄ ē īpossibile. sic igit̄ ⁊ si cōtinge ret ꝙ eadē numero sanitas repararet̄ nō sequeret̄ ꝙ se cūda sanatio eēt idē numero mot⁹ cū p̄ima. Sicut nec se cūda ambulatio cū p̄ima: q̄uis vtraq; sit ad eundem lo cū numero. Ulterius cōcludit ꝙ ille dubitationes sunt extra principalē intentionem: ⁊ ideo sunt pretermittende.

Lo.39.

Quoniam autem continuus est ois mo/tus simpliciter quidem unum necesse ē continuum esse: si quidem omnis diuisi bilis est: et si continuus unus. Non enim om nis fiet continu⁹ omni: sicut neq; aliud nullū cōtingēti cōtigēs: sed quorū vnum sunt extre

ma. vltima autem aliorum non sunt quidē alio- rum autem sunt: sed specie differentia et equi- uoca sunt. Quomodo autem tanget: aut vnum fiet vltimum linee et ambulationis. Habiti qui- dem igitur sunt: et qui neq3 idem specie neq3 idem genere sunt. Currens enim aliquis statī febricitabit: ⁊ vt lampas ex diffusione loci mu- tatio est habita. Continua autem non. Poni- tur enim continuum quorum vltima vnū sunt. Quare habiti et consequenter sunt quo tem- pus continuum est. Continuum autē est quo motus. Hoc autem est cum unum vltimum fi- at ambobus. vnde necesse est eundem secundū speciem esse et unius et in uno tempore simpli- citer continuum motum et unum. Tempore qui- dem ut non immobilitas intersit. In deficien- ti enim quiescere necesse est. Multi igit̄ et non vnus motus est: quorum quies in medio est. Quare si aliquis motus statu occupet̄: neque unus est neq3 cōtinuus. Intercipit̄ autem si in medio tempus ē. Qui autem specie nō vnitur nō unus motus est: et si non deficiat tempus. Tempus quidem enim vnum est specie autē alius vnum quidem enim necesse est: et specie vnum esse. Hūc autem simpliciter vnum esse nō est necesse. Quis igitur motus quidē sim- pliciter unus: dictum est.

Co.40.

Co.41.

Lectio. vij.

¶ Ponuntur quedam ad manifestationem premissorum que tamen in exemplaribus grecis dicuntur non haberi: et commentator etiam dicit quod in quibusdam exemplaribus arabicis non habentur. vnde magis videntur esse assumpta de dictis theophrasti vel alicuius alterius expositoris aristotelis. tria tamen ponuntur hic ad manifestationem precedentium quorum primum pertinet ad questionem quam supra posuit de generatione quietis non naturalis. vnde dicit quod dubitabit de ipso stare: quod est generari quietem quia si omnes motus qui sunt preter naturam habent quietem oppositam .i. non naturalem: vtrum et illa quies habeat stare. idest generari: quia si dicatur quod non sit aliqua statio quietis violente: sequitur inconueniens. Manifestum est enim quod id quod per violentiam mouetur quandoque manebit idest quiescet et hoc per violentiam quare sequitur quod aliquid erit quiescens non semper sine hoc quod fiat quiescens: quod videtur impossibile sed palam est quod erit quandoque quies violenta. sicut enim mouetur aliquid preter naturam ita et quiescit aliquid preter naturam. Est autem hic attendendum quod hoc quod hic dicitur esse contrarium ei quod supra dictum est. Unde auerrois dicit quod dubitatio superius mota hic soluitur. sed melius est vt dicatur quod id quod supra positum est: est magis verum: sed quod hic dicitur quodammodo sit verum. quies enim violenta non habet generationem proprie: sicut procedentem ab aliqua causa per se factiua quietis: sicut quies naturalis generatur: sed habet generationem per accidens per defectum virtutis factiue: quia quando cessat violentia mouentis vel impeditur: tunc fit quies violenta. et propter hoc motus violentus in fine remittitur: naturalis autem in fine intenditur. Sciendum tamen est quod alia littera inuenitur in hoc loco: quam oportet ad aliam intentionem referre. Dicit enim sic quod quereret aliquis vtrum motui extra naturam contraponatur aliqua quies non secundum naturam: non quod quies que est contra naturam opponatur motui qui est contra naturam proprie vt supra Aristo. docuit: sed hoc dicitur large et improprie secundum communem opinionem quietis ad motum. et dicit quod irrationabile videtur si non inueniatur quedam quies non naturalis. Manifestum est enim quod violenta motus remanebit. idest cessabit quandoque: et nisi quies aliqua fiat consequenter motus non perueniet ad statum. Unde manifestum est quod motibus violentis opponitur quies violenta: quia quod extra naturam mouetur habet etiam extra naturam quiescere. (Co. 64.)

¶ Deinde cum dicit.

Co. 65. Quoniam autem est quibusdam motus secundum naturam: et preter naturam. Puta ignis qui sursum secundum naturam: qui autem deorsum preter naturam: vtrum hic contrarius: aut qui terre: hec enim fertur secundum naturam deorsum. aut palam quia ambo: sed non eodem modo: sed qui quidem secundum naturam: secundum naturam existenti: eius autem qui ipsius qui sursum ignis ei qui deorsum: vt secundum naturam existens preter naturam existenti: similiter autem et in mansionibus.

¶ Ponit secundam explanationem eius quod dictum est de contrarietate motus naturalis et violenti: et dicit quod cum in quibusdam sit motus secundum naturam et preter naturam: sicut ignis qui mouetur sursum secundum naturam: et deorsum preter naturam queritur vtrum motui naturali ignis sit contrarius motus violentus ignis deorsum: vel motus terre que naturaliter mouetur deorsum: et soluit quod ambo ei contrariantur sed non eodem modo. sed motus terre deorsum contrariatur motui ignis sursum: sicut naturalis naturali: motus autem ignis deorsum contrariatur motui ignis sursum: sicut violentus naturali. et eadem ratio est de contrarietate quietum.

¶ Deinde cum dicit.

Forte autem quieti motus aliquatenus opponitur. Cum enim moueatur ex hoc: et abiciat. adhuc videtur habere quod abiicitur. quare si ipsa quies contraria ei qui hic est in contrarium motui simul existunt contraria. si aliquatenus quiescit. aut adhuc manet. Totaliter autem eius quod mouetur hoc quidem ibi. hoc autem in quod mutatur. propter quod magis motus motui contrarium quam quies. Quis quidem igitur motus simpliciter vnus. dictum est. et de motu quidem et quiete quomodo vterque vnum. Et qui contrarii quibusdam dictum est.

¶ Ponit tertiū ad manifestādū id qđ dictū ē: de contrarietate gēis ad motū: & dicit φ forte gen̄ mot⁹ aliquātulū oppōitur & nō simpliciter cū. n. aliqs mouet ex hoc in q̄ generat & abiiciat illud adhuc h₃ illud qđ abiicit. vnde si ges que ē hic sit cōtraria motui q̄ ē hic incōtrariū: sequit φ simul sint cōtraria: sȝ adhuc aliquātum⁹ quiescit dū manet in termino a quo & vniuersaliter eius qđ mouet aliqđ ē in termino a quo & aliqđ in termino ad quē vnde ges minus opponit motui q̄3 mot⁹ cōtrari⁹. sicut supra expositū est. Et vltimo recapitulat vt per se manifestū est. ex hoc aūt ipso φ eadē verba repetunt q̄ supra dicta sunt manifestū ē pt φ nō sunt vba aristotelis: sȝ alicui⁹ expositoris.

Aristotelis stragyrite textus libri sexti.

Co. 1.

Si autem est continuum : et quod tangit: et consequenter sicut diffinitum est prius: continua quidem quorum vltima vnum: que vero tanguntur quorum simul: consequenter autem quorum nihil est medium proximi generis: impossibile ex indiuisibilibus esse aliquid continuū. vt lineam esse ex punctis. si vere linea quidem cōtinuū ē. pūctū aūt īdiuisibile.

¶ Diui Thome aquinatis in sextum librum physicorū preclarissima commentaria.

Lectio prima.

Postquam Philosophus terminauit de diuisiōe mot⁹ in suas species: & de vnitate & cōtrarietate motuū & geīū: in hoc sexto libro itēdit determinare ea q̄ ptinēt ad diuisionē motus fm φ diuidit in ptes quātitatiuas. & diuidit i ptes duas. i pria ostēdit motum sicut & oē ptinuū eē diuisibile. i scđa ostēdit q̄liter mot⁹ diuidat ibi. (Necesse āt & ip₃ nūc.) Pria āt pars diuidit in duas. In prima ostēdit nullū cōtinuū ex idiuisibilib⁹ cōponi. in scđa ostēdit nullū cōtinuū idiuisibile esse ibi. (Manifestū igit ex dictis φ neq; linea.) Prima āt ps diuidit i duas in pria ostēdit nullū cōtinuū ex idiuisibilib⁹ cōponi in scđa parte: q: probatiōes premisse magis ad magnitudinē pertinere videt: ostēdit φ eadē ratio est de magnitudine motu & tempore. (Eiusdē āt rōnis ē.) Circa primū duo facit. primo resumit quasdā diffinitiones supra positas q̄bus nūc vtit ad propositū demonstrandū i secūdo pbat ppositū ibi. (Neq;. n. vnū sunt.) Dicit ergo primo φ si diffinitiōes prius posite cōtinui: & eius quod tāgit: & eius qđ est cōsequēter: sunt cōueniētes. s. φ cōtinua sunt quorū vltima sunt vnū: cōtacta quorū vltia sunt simul: cōsequenter aūt sint quorū nihil mediū sui generis: ex his sequit φ īpossibile sit aliqđ cōtinuū cōponi ex idiuisibilibus: vt lineā ex pūctis: si tn̄ linea dicatur aliquod cōtinuū & pūctū aliqđ idiuisibile. addit dicit āt h̄ ne aliqs nomine linee & puncti aliter vteretur.

m. 5. lec. 5.

¶ Deinde cum dicit.

Neq; enim unum sunt ultima punctoru₃. Non est enim hoc quod ultimum punctorum aliud aliquid: illud autem aliqua pars indiuisibilis. Neq; simul sunt ultima. non enim est ultimum nihil impartibilis. alterum enim est ultimum. & cuius est ultimum.

¶ Probat ppositū. & primo iducit rōes duas ad probādū ppositū. scđo manifestat q̄dā q̄ poterāt eē dubia i suis pbationib⁹ ibi. (Aliud āt gen⁹.) Circa pmā rōe₃ duo facit. pmo ostendit φ ex idiuisibilibus nō cōponit aliqđ cōtinuū per modū cōtinuatiōis neq; per modū cōtact⁹. secundo φ neq; per modū cōsequēter se habētiū ibi. (At vero neq; cōsequenter.) Circa primu₃ ponit duas rōes: quarū prima talis est ex q̄buscūq; cōponitur aliquid vnū vel per modum cōtinuationis: vel p modū contactus oz φ habeant vltima que sint vnu₃ vel que sint simul sed vltima punctorum non possunt esse vnu₃: q: vltimu₃ dicit respectu alicuius partis: in indiuisibili āt non est accipere aliquid quod sit vltimum: & aliud qđ sit aliqua alia pars similiter non potest dici φ vltima punctorū sunt simul: q: nihil potest esse vltimum rei īpartibilis: cum semper alterū sit vltimum & illud cui⁹ est vltimū. i. īpartibili āt non est accipere aliud & aliud. Relinquitur ergo φ linea non potest componi ex punctis: neq; per modum continuationis: neq; per modu₃ contactus. Scđa₃ rōe₃ ponit ibi.

Amplius necesse est aut continua esse puncta: aut tangentia se ad inuicem: ex quibus est continuum. Eadem autem ratio est & in omnibus indiuisibilibus. Continua quidem igitur non erunt propter predictam rationem. Tangit autem omne. aut totum totum. aut pars partem. aut totum pars. Quoniam autem impartibile est indiuisibile. necesse est totum tangere totum. Totum autem totum tangens non est continuum. Continuum enim habet hoc quidem aliam: illud vero aliam partem: et diuiditur in sic diuisibilia et loco discreta.

Co. 2.

¶ Que talis est. si ex punctis constituit aliqđ continuu₃ necesse est φ aut sint cōtinua ad iuicē: vel se tangant & eadem ratio est de omnibus aliis idiuisibilibus φ ex eis nō cōponat continuum. Ad probandū autem φ indiuisibilia non possunt sibi inuicem esse continua: sufficiat ratiō prima: sed ad probandū φ non possunt se tangere: inducitur alia ratio que talis est: omne qđ tangit alterum: aut totu₃ vnu₃ tangit totu₃ aliud: aut pars vnius partem alteri⁹ aut pars vnius totu₃ alterius. Sed cū indiuisibile nō habeat partem non potest dici φ pars vnius tangat partem alterius: aut pars totum: & sic necesse est si duo puncta se tangunt: φ totū tangat totum. Sed ex duobus quorū vnū totum tangat aliud totū: non pōt componi continuu₃: q: oē continuum habet partes seiunctas: ita φ hec sit vna pars & hec alia: & diuiditur in partes diuersas & distinctas loco. i. positione in his que positionem habent. que autem scđm se totum tangunt nō distinguūtur loco vel positione. Relinquitur ergo φ ex pūctis non possit componi linea per modum contactus.

¶ Deinde cu₃ dicit.

At uero neq; consequenter inerit punctu₃ puncto. aut ipsum nunc ipsi nunc. vt ex his sit longitudo aut tempus. consequenter enim est quorum nullum est medium proximum. Punctorum autem semper est mediu₃ linea. et ipsorum nunc tempus.

¶ Probat φ continuu₃ nō cōponatur ex indiuisibilibus per modu₃ eius qđ ē cōsequēter: non enī punctū se habebit cōsequēter ad aliđ punctu₃: ita φ ex eis cōstitui possit longitudo. i. linea: aut vnu₃ nūc alteri nūc ita φ ex eis possit cōponi tp̄s: q: cōsequēter ē vnu₃ alteri quorū non ē aliqđ mediu₃ eiusdē generis: vt supra expositū est: sed inter duo puncta sp est linea media. & sic si linea sit composita ex punctis vt tu dās: sequitur φ semp inter duo puncta sit aliđ punctu₃ mediu₃: & sil̄r īter duo nunc est tp̄s mediu₃. non ergo linea componit ex punctis: aut tp̄s ex nunc sicut consequēter se habentibus. Scđa₃ rōe₃ principale₃ ponit ibi.

m. 5. lec. 5.

Amplius diuidentur in indiuisibilia: si quidem ex quibus est vtrunqȝ in ipsa diuiditur: sed nullum est continuorum in impartibilia diuisibile.

Lo.3.

¶ Que sumit ex alia diffinitione cōtinui quā supra posuit in principio tertii. s. ꝙ continuum sit quod est in infinitū diuisibile. ⁊ ē rō talis ex qbuscūqȝ componit vel linea vel tempus in ipsa diuidit: si ergo vtrūqȝ istorū componitur ex indiuisibilibꝰ: sequit ꝙ in īdiuisibilia diuidant: sȝ hoc est falsum: cū nullum cōtinuorū sit diuisibile in impartibilia. sic enim nō esset diuisibile in infinitum. nullum igit continuum cōponit ex īdiuisibilibꝰ. ¶ Deinde cū dicit.

Tex.i.

Aliud autem genus non potest esse medium punctorum: ⁊ ipsorum nunc nullum. si namqȝ erit manifestum ꝙ aut etiam diuisibile aut indiuisibile erit. ⁊ si diuisibile aut in indiuisibilia aut in semper diuisibilia: hoc autem est continuum.

¶ Manifestat duo q̄ supra dixerat. quorū primū fuit ꝙ inter duo pūcta sit linea media: ⁊ inter duo nūc tēpus. ⁊ hoc manifestat sic. si sunt duo pūcta oȝ ꝙ differāt s̄ȝ situȝ alias nō essent duo sed vnum. nō. n. possunt se contingere vt supra ostensum est. Unde relinquit ꝙ distent ⁊ sit aliquod medium inter ea. sed nullū aliud medium pōt esse inter ea q̄ȝ linea inter puncta: ⁊ tempus inter nunc qꝺ sic probat. qꝛ si inter puncta esset aliud medium q̄ȝ linea. illꝺ mediuȝ esset indiuisibile aut diuisibile. si autem sit indiuisibile oȝ ꝙ sit distinctum ab vtroqȝ in situ: ⁊ cū non tangat oȝ iterū ꝙ sit aliqꝺ alterum medium inter indiuisibile qꝺ ponit mediū ⁊ extrema: ⁊ sic ī infinitū: qꝺ est inconueniēs nisi ponat medium diuisibile. Si autem medium duorum punctorū fuerit diuisibile aut erit diuisibile ī indiuisibilia aut in semper diuisibilia sed non potest dici ꝙ diuidat in indiuisibilia: qꝛ tunc redibit eadem difficultas quo ex indiuisibilibus possit componi diuisibile. Relinquitur igit ꝙ illud mediū sit diuisibile in semper diuisibilia: sed hec est rō continui: ergo illud mediuȝ erit quoddam cōtinuum. nullū āt aliud cōtinuum pōt esse mediū inter duo puncta q̄ȝ linea. ergo inter quelibet duo pūcta est linea media ⁊ eadeȝ rōne inter quelibet duo nūc tempus: ⁊ similiter in alijs continuis. ¶ Deinde cum dicit.

Manifestum autem ⁊ ꝙ omne continuuȝ diuisibile in semper diuisibilia. si enim in indiuisibilia diuideretur continuum: esset indiuisibile indiuisibili contactum: vnum enim vltimū ⁊ que tanguntur continuorum est.

¶ Manifestat scḋm ꝙ supposuerat. s. ꝙ omne continuū sit diuisibile ī īdiuisibilia. qꝛ si daret ꝙ cōtinuū diuisibile esset in indiuisibilia sequeret ꝙ duo indiuisibilia se contingerent ad hoc ꝙ possint constituere continuum. oȝ enim ꝙ continuorum sit vnum vltimum: vt ex diffinitiōe eius apparet: ⁊ ꝙ partes continui se tangant: qꝛ si vltima sunt vnum sequit ꝙ sint simul vt in. v. dcm̄ est. Cum igit sit īpossibile duo indiuisibilia se contingere: impossibile ē ꝙ continuum in indiuisibilia diuidat.

Tex.5.

Lo.4.

Iusdem autem rationis est ⁊ magnitudinem ⁊ tempus ⁊ motum ex indiuisibilibus componi ⁊ diuidi in indiuisibilia aut nihil.

c

Lectio secunda.

Ostquam Rōnes supra posite manifestiores sunt in linea ⁊ alijs continuis quantitatibus positionem habentibus in quibꝰ propter inuenitur cōtactus: vult hic ostendere ꝙ eadem rō ē de magnitudine tempore ⁊ motu. ⁊ diuidit in partes duas. pmo pponit intentum. so pbat ppositum ibi. Manifestum autem ex his. Dicit ergo primo ꝙ eiusdem rōnis est ꝙ magnitudo ⁊ tempus ⁊ motus componant ex indiuisibilibus ⁊ diuidant in indiuisibilia vel nihil horuȝ qꝛ quicquid dabit de vno ex necessitate sequet de alio. ¶ Deinde cum dicit.


p

Manifestum est autem ex his. Si enim magnitudo ex indiuisibilibus componitur et motus quibusuis ex equalibus erit motibus indiuisibilibus. vt si ipsa. a. b. c. ex. a. b. c. est indiuisibilibus: motus in quo. d. e. ȝ. secūdum quē motum est ipsum. o. in spacio quod est. a. b. c. vnāquāqȝ partem hȝ indiuisibilem.

Lo.5.

¶ Demonstratio probans ꝙ partes motus correspondent partibus magnitudinis.

Motus.



¶ Probat propositum. ⁊ primo quantum ad magnitudinem ⁊ motum. so q̄tū ad tempus ⁊ magnitudinē ibi. (Similiter autem) necesse. Circa primū tria facit. primo ponit ppositum. secūdo exemplificat ibi. (Ut si ipsa. a. b. c. ⁊ c.) Tertio probat ibi. (Si igit presentis motus) Propositū est istud si magnitudo ex indiuisibilibus componit ⁊ motus qui trāsit per magnitudinē componet ex indiuisibilibus motibus equalibus numero indiuisibilibus ex quibus componit magnitudo. Exemplificat autē sic: sit linea. a. b. c. que componat ex tribus indiuisibilibus que sunt. a. ⁊. b. ⁊. c. ⁊ sit. o. mobile quod moueat ī spacio linee. a. b. c. ⁊ motus eius sit. d. e. ȝ. oportebit ꝙ si partes spacii vel linee sint indiuisibiles: ꝙ etiam partes predicti motus sint indiuisibiles. ¶ Deinde cū dicit.

Si igitur presentis motus necesse moueri per aliquam partē: ⁊ si mouetur aliquid ad esse motum: et mouere erit ex indiuisibilibus secundum quidem igitur. a. motum esse ipsum. o. motu quo. d. mouetur: secundum vero. b. quo ipsum. e. Et secundum. c. quo ipsum. ȝ.

Lo.6.

¶ Probat propositum. ⁊ circa hoc tria facit. primo premittit quedam necessaria ad propositi probationem. secundo probat ꝙ si magnitudo componit ex punctis ꝙ motꝰ cōponit non ex motibus: sed ex momentis ibi. (Secundum igit.) Tertio ostendit esse impossibile ꝙ motus cōponat ex momentis ibi. (Et motum esse aliquid.) Premittit ergo primo duo. primū est ꝙ sm̄ quancūqȝ parteȝ presentis motus necesse est aliquid moueri: ⁊ econuerso si aliquid moueat necesse est ꝙ assit sibi aliquis motus. ⁊ si hoc est verum oȝ ꝙ mobile. o. moueat per. a. quod est pars totius magnitudinis scḋm partem motus que ē. d. ⁊ scḋm. b. aliam partem magnitudinis moueat alia parte motus que est. e. ⁊ scḋm. c. tertiam partem magnitudinis moueat tertia parte motus que est. ȝ. ⁊ ita ꝙ singule partes motus respondeant singulis partibus magnitudinis. Secundum proponit ibi.

i

Si igitur necesse est quod mouetur vnde ⁊ vbi non simul moueri ⁊ motum esse quo motur: quando mouetur: vt si thebas aliquis it. impossibile est simul ire thebas: ⁊ iuisse thebas.

Co.7.

¶ Et dicit ꝙ necesse est id quod mouetur ab vno termino in alium nõ simul moueri ⁊ motũ esse in quem mouetur ⁊ quando mouetur: sicut si aliquis vadit thebas impossibile est hec duo simul esse. s. ire thebas ⁊ iuisse thebas. Hec autem duo supponit quasi per se manifesta. nam quod necesse sit moueri ad presentiam motus. apparet etiaꝫ in omnibus accidentibus ⁊ formis quia ad hoc ꝙ aliquid sit album necesse est habere albedinem: ⁊ econuerso: si albedo assit necesse est ꝙ sit albuꝫ. Quia vero nõ simul sit moueri ⁊ motum esse apparet ex ipsa motus successione: quia impossibile est aliqua duo tempora simul esse: vt in quarto habitum est. vnde impossibile est ꝙ simul sit motuꝫ eẽ quod est terminus motus cum ipso moueri.

Lec.15.

¶ Deinde cum dicit.

Secũdum. a. quidem igitur impartibileꝫ motum est ipsum. o. secundum quod ipsuꝫ. d. motus aderat. Quare si quidem posterius deuenerit: quam venit: diuisibilis vtiqꝫ erit. Cum. a. enim veniret: neqꝫ quiescebat neqꝫ transierat sed medium erat: si autem simul venerit ⁊ venit: veniens cum venit: ventum ibi erit: ⁊ motũ esse vbi mouetur. Si vero secundum totuꝫ. a. b. c. moueatur aliquid: ⁊ motus quo mouetur d. e. ꝫ. est secundum autem impartibile. a. nihil mouetur: sed motum est: erit vtiqꝫ motus non ex motibus sed ex momentis.

Co.8.

¶ Probat propositum ex premissis. Si eñi presente aliqua parte motus necesse est aliqd moueri. ⁊ si mouetur necesse est adesse motũ: si mobile ꝙ est. o. mouetur scdꝫ impartibilẽ partem magnitudinis que ẽ. a. oꝫ ꝙ assit ei aliquis mot⁹ q est. d. aut ergo. o. simul mouetur per. a. ⁊ motum ẽ aut nõ simul. si autẽ nõ simul: sed posteri⁹ deuenerit quam venit: id est sed posteri⁹ motum est quam moueretur: sequitur ꝙ. a. sit diuisibile: quia cũ veniret id est dũ erat i ipso moueri: neqꝫ quiescebat in. a. quiete. s. precedẽte motũ: neqꝫ trãsierat totum ipsum. a. quia iam nõ moueretur per. a. nihil eñi mouetur per spaciũ p quod iam pertrãsiuit: sꝫ oꝫ ꝙ medio modo se habeat. ergo cũ mouetur per. a. partẽ ei⁹ trãsiuit iaꝫ ⁊ in parte eius adhuc manet. ⁊ ita sequitur ꝙ. a. sit diuisibile: quod est cõtra posituꝫ. Si vero simul venerit ⁊ venit. id est si simul motũ est ⁊ mouetur per. a. sequitur ꝙ cũ veniẽs venit erit ibi ventum: ⁊ erit motũ vbi mouetur: quod est contra scdaꝫ positiõem. Sic igitur pꝫ ꝙ scdm ĩpartibilẽ magnitudinẽ nõ põt aliqd moueri: quia vel oꝫ ꝙ simul eẽt moueri ⁊ motũ esse: vel ꝙ magnitudo diuideretur. Supposito ergo ꝙ per. a. impartibile nihil moueri possit: si aliqs dicat ꝙ mobile mouetur per totã magnitudinẽ q̃ est. a. b. c. ⁊ motus totus quo p eã mouetur est. d. e. ꝫ. ita ꝙ sm. a. impartibile nihil moueatur: sed tñ motum sit: sequitur ꝙ motus nõ sit ex motib⁹ sed ex momẽtis: ideo autem sequitur ꝙ non sit ex motibus: quia cũ pars motus que est. d. respõdeat pti magnitudinis q̃ est. a. si. d. eẽt motus oporteret ꝙ per. a. moueretur: quia presente motu mobile moueret. Sed probatuꝫ est ꝙ secũdũ. a. impartibile nõ mouetur: sed solũ motũ est: quãdo. s. per transitũ ẽ hoc indiuisibile. ergo relinquitur ꝙ d. nõ sit motus sed sit momẽtũ a quo denoiatur motum eẽ: sicut a motu denoiatur moueri: ⁊ quod ita se hꝫ motũ sicut pũctuꝫ indiuisibile ad lineã ⁊ eadẽ rõ est de aliis partib⁹ motus ⁊ magnitudinis. Ex necessitate ergo sequitur si magnitudo cõponitur ex indiuisibilibus: ꝙ motus ex indiuisibilibus componatur. id est ex momẽtis. ⁊ hoc est quod demõstrare intendebat. Sed quia hoc ẽ ĩpossibile ꝙ motus componatur ex momẽtis: sicut ĩpossibile est ꝙ linea cõponatur ex punctis: ideo consequenter: cum dicit.

Et motum esse aliquid non motum: secũdum enim. a. transiuit non transiens. Quare erit aliquid transitum esse non aliquando iens vel transiens. hãc enĩ trãsiuit nõ trãsiẽs hanc.

¶ Ostendit huiusmõi ĩpossibilitatem ducẽdo ad incõuenientia tria: quoꝝ primũ est ꝙ si mot⁹ cõponatur ex momẽtis ⁊ magnitudo ex indiuisibilib⁹: ita ꝙ per indiuisibilẽ partem magnitudĩs nõ moueatur sed motũ sit: sequetur ꝙ aliqd sit motũ nõ motuꝫ. i. quod pri⁹ nõ mouebatur: quia ponitur ꝙ sꝫ indiuisibile (transiuit). i. motum ẽ nõ transiens: quia ĩ eo moueri nõ poterat. vnde sequitur aliquid esse trãsitũ absqꝫ hoc ꝙ aliqñ iret: quod ẽ impossibile: sicut ĩpossibile ẽ ꝙ aliqd sit preteritũ quod nunqꝫ fuerit presens. Sed quia hoc incõueniens posset cõcedere ille qui diceret motum componi ex momentis: ducit ad scdm inconueniens ibi.

Si igitur necesse ẽ aut qescere aut moueri omne: quiescit autem p vnũ qdqꝫ eorũ que sunt. a. b. c. ergo ẽ aliqd cõtinue qescẽs simul et qd mouetur p totã. n. a. b. c. mouebatur. o. et qescebat scdm quãlꝫ partem: quare et per oẽm.

Co.9.

¶ Tali ratione omne ꝙ natum est moueri ⁊ quiescere necesse est ꝙ qescat vel moueatur sed dũ mobile est in. a. non mouetur. ⁊ siĩr duꝫ est in. b. ⁊ siĩr dũ ẽ i. c. ergo dũ ẽ in. a. ⁊ dũ ẽ in. b. ⁊ duꝫ ẽ in. c. quiescit ergo sequitur ꝙ aliqd simul continue quiescat ⁊ moueatur: ⁊ ꝙ hoc sequatur sic pbat. positum est enim ꝙ moueatur per totã lõgitudinẽ que ẽ. a. b. c. ⁊ iterũ positũ est ꝙ quiescat sꝫ quãlibet partẽ: sed quod quiescit p quãlibet partẽ quiescit per totũ: ergo sequitur ꝙ quiescat p totã magnitudinẽ: ⁊ ita p totã magnitudineꝫ continue moueatur ⁊ quiescat: quod est omnino ĩpossibile. Tertium inconueniens ponit ibi.

Et si quidem indiuisibilia que sunt. d. e. ꝫ. motus sunt: motu presente continget vtique non moueri sed quiescere. Si autem non sunt motus: motum non ex motibus esse.

¶ Tali rõne ostensum est ꝙ si magnitudo cõponitur ex indiuisibilib⁹ ꝙ ẽt motus aut ergo illa indiuisibilia motus q̃ sunt. d. ⁊. e. ⁊. ꝫ. ita se habent ꝙ quodlibet eoꝝ ẽ mot⁹ aut nõ: si quodlibet eoꝝ est motus: cũ quolibet eoꝝ respõdeat indiuisibili parti magnitudinis in qua nõ mouetur sꝫ motum est: sequetur ꝙ presente motu mobile nõ moueatur: quod est cõtra primã suppositiõem. sed quiescat si vero non sunt motus sequitur ꝙ motus cõponatur non ex motib⁹: quod videtur impossibile: sicut ⁊ ꝙ linea cõponatur ex nõ lineis.

Similiter aũt necesse longitudini et motui indiuisibile esse tẽpus et cõponi ex ipsis nũc existentibus indiuisibilib⁹.

Co.10.

Lectio. iii.

Ostquam Philosophus ostẽdit eiusdẽ rationis esse ꝙ magnitudo ⁊ motus p eã transiens ex indiuisibilib⁹ cõponatur: ostendit etiam idem de tpe ⁊ magnitudine. ⁊ diuiditur in partes duas. In pria ostendit ꝙ ad diuisionẽ magnitudinis sequitur diuisio temporis ⁊ ecõuerso. In scda ostẽdit ꝙ ex ĩfinitate vnius sequitur infinitas alteri⁹ ibi. (Et si quodcũqꝫ infinitũ est). Circa primum duo facit. pmo põit ppositum. scdo demõstrabit ibi. (Si enim omnis. Dicit ergo primo ꝙ ẽt tẽpus necesse est siĩr eẽ diuisibile ⁊ indiuisibile: ⁊ cõponi ex indiuisibilibus: sicut lõgitudo ⁊ motus.

¶ Deinde cuꝫ dicit.

Si enim omnis diuisibilis est i minore aũt equaliter velox transibit minorem diuisibile erit et tempus. Si autem temp⁹ diuisibile erit


et tēpus.si autē tēpus diuisibile erit ī quo fert aliquid per ipsum.a.et q̄ ē ip̄z.a.erit diuisibile.
¶ Probat ꝓpositum tribus rōnibus.quarꝫ pria sumit̄ p eque velocia.sa p velocius ⁊ tardi⁹ ibi.(Qm̄ āt oīs). Tertia per idē mobile ibi.(Amplius āt ⁊ ex cōsuetis.) Dicit ergo p̄rio ꝙ de rōne eque veloci⁹ est ꝙ in minorem magnitudinē trāseat ī minori tpe.det̄ ergo aliq̄ magnitudo diuisibilis quā pertransit aliquod mobile ī aliquo tpe dato sequit̄ ergo ꝙ mobile eque velox trāseat partē magnitudinis in minori tpe.⁊ sic oportuit temp⁹ datuꝫ eē diuisibile.si āt ecōuerso detur temp⁹ sit diuisibile ī quo mobile datum mouet̄ per magnitudinē aliquā datam:sequitur ꝙ eque velox mobile ī minori tēpore quod ē pars totius temporis moueatur per minoreꝫ magnitudinē.⁊ ita seq̄t̄ ꝙ magnitudo q̄ ē.a.sit diuisibil. ¶ Deīde cū dicit.


Co.ii.

Qm̄ āt oīs magnitudo ī magnitudies diuisibilis:ostēsuꝫ ē.n.qm̄ ipossibile ē ex atōis cōtinuū eē aliquod:magnitudo auteꝫ oīs cōtinua necesse ē veloci⁹ ī eq̄li tēpore maius et ī miori plus moueri:sicut diffiniūt qdā ipsuꝫ veloci⁹
¶ Ostendit idem p duo mobilia.quorꝫ vnū est velocius ⁊ aliud tardius.⁊ primo premittit quedā necessaria ad ꝓpositū ostendendū.sō ꝓbat ꝓpositū ibi.(Qm̄ āt oīs motus).Circa p̄mum duo facit.p̄rio ostendit quō veloci⁹ se habet ad tardius ī hoc ꝙ moueatur p maiorē magnitudinem.sō quō se habeat ad ipsum quātum ad hoc qd̄ ē moueri p equalē magnitudinē ibi.(manifestū āt ex his):Circa p̄mum duo facit.primo ꝓponit ꝓpositū resumēs qdam ex supioribꝰ qd̄ est necessariū ad demōstratiōes sequentes.sō demōstrat ꝓpositū ibi.(Sit enī ipsuꝫ).Resumit ergo hoc ꝙ omnis magnitudo sit diuisibilis in magnitudine:⁊ hoc pꝫ per hoc qd̄ ostensum est sup̄ꝫ ꝙ impossibile est aliquod cōtinuum cōponi ex atomis idest ex indiuisibilibꝰ:⁊ manifestū est ꝙ magnitudo omnis ē de genere cōtinuorum.ex his sequitur ꝙ necesse sit aliquod corpus veloci⁹ in equali tempore p maiorē magnitudinem moueri:⁊ āt in minori tempore per maiorē magnitudinem moueri.⁊ hoc mō quidā diffinierunt veloci⁹ qd̄ pl⁹ mouet̄ in eq̄li tēpor ⁊ etiā ī minori. ¶ Deīde cū dicit.

Lec.i.

Sit enim ipsum in quo.a.eo in quo.b.velocius.Quoniam igitur velocius quod primum mutat in quo tempore ipsum.a.mutatum ē ab ipso.c.in ipsum.d.s.in tempore.z.i.in hoc ipsum.b.non erit iuxta ipsum.d.sed deficiet. Quare in equali tempore adibit velocius.
¶ Demonstratio ꝙ mobile velocius moueatur in equali tpe p maiorē magnitudinem q̄ꝫ mobile tardius.







¶ Probat duo premissa.⁊ primo qd̄ veloci⁹ ī equali tēpore ⁊ p maius spaciuꝫ moueat̄.sō qd̄ etiam ī minori tēpore per maius spaciuꝫ mouet̄ ibi.(At vero ⁊ ī miori.) Dicit ergo p̄rio:sint duo mobilia.a.⁊.b.quorꝫ.a.veloci⁹ sit q̄ꝫ.b.⁊ sit magnitudo.c.d.q̄ꝫ pertrāsit.a.ī tempor̄.z.i. moueatur āt.b.qd̄ est tardi⁹.⁊.a.qd̄ ē velocius per eandem magnitudineꝫ ⁊ īcipiāt simul moueri.his ergo positis sic argumentat̄ veloci⁹ est ꝙ ī equali tpe plus mouet̄ sed.a.est velocius q̄ꝫ.b.ergo cum.a.peruenerit ad.d.b. nundū pueniet ad.d.qd̄ est terminus magnitudinis sed adhuc deficiet idest distabit ab eo motus tn̄ erit ī hoc tēpore p aliquam partem magnitudinis.cuꝫ ergo oīs pars sit minor toto:relinqtur ꝙ.a.in tempore.z.i.mouetur p maiorem magnitudineꝫ q̄ꝫ.b.qd̄ in eodem tempore mouetur per partem magnitudinis.vnde sequitur ꝙ velocius in equali tpe plus de spacio pertransit.
¶ Deinde cum dicit.

At uero et ī miori plus.In quo enī.a.factum est iuxta ipsum.d.ipsum.b.erit iuxta.c. cum tardius est.Ergo quoniam ipsum.a.ad ipsum.d.factum est ī oī ī quo est.z.i.tempore ad ipsum.t.erit ī miori hoc:et erit ī quo.z.k. Ipsum qdem igitur.c.t.quod transierit ipm .a.maius est ipso.c.e. Tempus autem quod est.z.k.minus est omni eo quod est.z.i. Quare ī miori abibit maius.

Co.ii.

¶ Demonstratio ꝙ mobile velocius pertranseat maiorem magnitudinem in minori tēpore:q̄ꝫ tardi⁹ mobile.





¶ Ostendit ꝙ veloci⁹ in minori tempore plus de spacio pertransit:dictum est enim ꝙ in tempore in quo.a.iā peruenit ad.d.b.quod est tardius adhuc distat a.d.detur ergo ꝙ in eodem tempore pueniat vsq̄ ad.c.ī quo tempore mutatum est ab ipso.c.in ipsum.d.s.ī tempore.z.i. qr igitur oīs magnitudo diuisibilis est vt supra positum est: diuidatur residuum magnitudinis.s.e.d.ī quo veloci⁹ excedit tardius in duas partes ī puncto.t.manifestuꝫ est ergo ꝙ magnitudo.c.t.est minor q̄ꝫ magnitudo.c.d.sed idē mobile per minorē magnitudineꝫ mouetur ī minori tempore:qr ergo ipsum.a.peruenit ad.d.in toto tempore.z.i.ad punctum.t.pueniet ī minori tpe:⁊ sit illud tp̄s.z.k.inde sic arguitur magnitudo.c.t.quā ptrāsit.a.maior ē magnitudine.c.e.q̄ꝫ ptrāsit.b.sed tp̄s.z.k.in quo pertransit .a.magnitudinē.c.t.est minus toto.z.i.in quo.b.tardi⁹ ptrāsit magnitudinē.c.e.seqtur ergo ꝙ velocius in minori tempore ptrāseat mai⁹ spaciū. ¶ Deinde cuꝫ dicit.

Lec.i.


Co.13.

Manifestum autem ex his: ⁊ quod velocius in minori tempore abibit equale.

Ostendit quomodo velocius se habeat ad tardius in moueri per equalem magnitudinem. ⁊ primo proponit intentum. secundo probat propositum ibi. (Quoniam quidem enim). Dicit ergo primo ꝙ ex premissis manifestū esse pōt ꝙ velocius pertransit equale spacium in minori tempore. Deinde cum dicit.

Quoniam quidem enim maiorem in minori transit tardiori: ipsum autem secundum seipsum acceptum in pluri tempore maiorem minori: ut que est .l.m. ea que est .l.x. plus utiqȝ erit tempus: quod .p.r. in quo ipsum .a. transit .l.m. q̄ꝫ quod est .p.s. in quo transit ipsum .l.x. Quare siquidez est .p.r. tempus: minus est eo in quo est .p.h. in quo quod est tardius transit ipsum .l.x. ⁊ quod est .p.s. tempus minus est eo in quo est .p.h. ipso enim .p.r. minus est: minore autem minus: ⁊ ipsum minus est. Quare in minori mouebitur equale.

Demonstratio ꝙ mobile velocius moueatur per equalem magnitudinez in minori tempore q̄ꝫ mobile tardius.



Quoniam quidem enim. Probat propositum duabus rōnibus. ad quarum primam duo premittit quorū vnū iam probatum est .s. ꝙ velocius pertranseat maiorem magnitudinem i minori tempore q̄ꝫ tardius. secūdum vero est per se manifestum .s. ꝙ ipsum mobile s̄m seipsum cōsideratū in maiori tempore pertransit maiorem magnitudinez q̄ꝫ in minori. pertranseat enim hoc mobile .a. quod est velocius hanc magnitudinem que est .l.m. in .p.r. tempore: ⁊ partem magnitudinis .s. .l.x. pertransibit in minori tempore quod est .p.s. quod est minus q̄ꝫ .p.r. in quo pertrāsit .l.m. sicut ⁊ .l.x. est minor q̄ꝫ .l.m. ex prima autem suppositione accipit ꝙ ipsum tempus .p.r. in quo .a. pertransit totam magnitudinem .l.m. sit minus tempore .p.h. i quo .b. quod est tardius pertransit minorem magnitudinez .s. .l.x. demū est enim quod velocius in minori tempore pertransit maiorem magnitudinem: ex his procedit sic. tempus .p.r. est minus tempore .p.h. in quo .b. quod est tardius pertransit magnitudinem .l.x. ⁊ tempus .p.s. est minus q̄ꝫ tempus .p.r. ergo sequit ꝙ tempus .p.s. sit minus q̄ꝫ tempus .p.h. quia si aliquid est minus minore etiam ipsum erit minus maiore: cum ergo datum sit ꝙ in tempore .p.s. velocius moueṫ per .l.x. magnitudinem ⁊ tardius mouetur per eandem in tempore .p.h. sequiṫ ꝙ velocius moueṫ in minori tempore per equale spacium. Secundam rationem ponit ibi.

Co.14.

Amplius autem si omne necesse quidem aut in equali aut in minori aut in pluri moueri: ⁊ quod quidem in pluri: tardius est. Quod aūt in equali eque velox. Velocius autem non est equaliter velox: neqȝ tardius: neque utiqȝ in pluri aut equali mouetur ipsum velocius: relinquitur igitur in minori. Quare necesse ⁊ equalem magnitudinem minori tempore transire velocius.

Que talis est ꝙ moueṫ per equalem magnitudinem cum aliquo alio mobili: aut moueṫ per eam in equali tēpore: aut in minori: aut in maiori. Quod aūt moueṫ per equalem magnitudinem in maiori tempore est tardius: vt supra probatum est: quod autem moueṫ in equali tempore per equalem magnitudinem est eque velox: ut per se manifestum est: cum igiṫ id quod velocius est: neqȝ sit eque velox: neqȝ tardius: sequiṫ ꝙ neqȝ in pluri tempore moueaṫ per equalem magnitudinem neqȝ inequali. Relinquiṫ ergo ꝙ in minori. sic ergo probatum est ꝙ necesse velocius pertransire equalem magnitudinem in minori tempore. Deinde cum dicit.

Co.15.

Quoniam autem omnis motus in tempore est: ⁊ in omni tempore possibile est moueri: omne autem quod mouetur: contingit ⁊ velocius moueri et tardius in omni tempore erit velocius ⁊ tardius moueri.

Probat propositum .s. ꝙ eiusdem rōnis sit: tempus ⁊ magnitudinem semper diuidi in diuisibilia: aut etiam ex indiuisibilibus componi. ⁊ circa hoc tria facit. primo premittit quedam que sunt necessaria ad sequentem probationem. secundo ponit propositum ibi. (Hec autem cum sint). Tertio probat ibi. (Quoniam enim ostensum est.) Premittit ergo primo ꝙ omnis motus est in tempore. ⁊ hoc probatum est in quarto: item ꝙ in omni tempore possibile sit moueri: quod ex diffinitione temporis apparet que in quarto data est. ⁊ tertium est ꝙ omne qđ moueṫ contingit mouere velocius ⁊ tardius .i. ꝙ quolibet mobili est inuenire aliquid quod velocius moueṫ ⁊ aliquid quod tardius. Sed hec propositio videṫ esse falsa. determinate enim sunt velocitates motuum in natura est enim aliquis motus ita velox ꝙ nullus potest esse eo velocior: s. motus primi mobilis. Ad hoc dicendum ꝙ de natura alicuius rei possumus loqui dupliciter vel s̄m rōnem cōem: vel s̄cdm ꝙ ad propriam materiam applicatur ⁊ nihil prohibet aliquid quod non impediṫ ex rōne cōmuni rei impediri ex applicatione ad aliquam materiam determinataꝫ. sicut non impediṫ ex rōne forme solis eē plures soles: sed ex hoc ꝙ tota materia speciei sub vno sole contineṫ. ⁊ similiter ex cōmuni natura motus non prohibeṫ quin qualibet velocitate data possit alia maior velocitas inueniri. sed īpediṫ ex determinatis virtutibus mobilium ⁊ mouentium. Hic autem Arist. determinat de motu s̄cdm cōem rōnem motus: nōdum applicando motuꝫ ad determinata mouentia ⁊ mobilia. ⁊ iō frequēter talibus propositionibus vtiṫ in hoc. vi. libro: que sunt vere secundum cōsiderationem cōem motus: nō autem s̄cdꝫ applicatiōem ad determinata mobilia. ⁊ similiter nō est cōtra rōnem magnitudinis ꝙ quelibet magnitudo diuidaṫ in minores. ⁊ ideo vtiṫ in hoc libro vt accipiat qualibet magnitudine data aliam minorem: lꝫ applicando magnitudinem ad determinatam naturaꝫ sit aliqua minima magnitudo: qꝛ quelibet natura requirit determinatam ma-

Lec.11. 6.le.8. lec.17.

Lec.9.

gnitudinem ⁊ parvitatem: vt etiam in primo dictum est. Ex duobus autem premissis concludit tertium. s. ꝙ in omni tempore dato contingit velocius ⁊ tardius moveri ꝙ̄ sit motus datus in tempore. ¶ Deinde cū dicit.

Hec autem cum sint: necesse est ⁊ tempus continuum esse. Dico autem continuum eē divisibile in semper divisibilia. Huiusmodi enī supposito continuo: necesse ē ⁊ tps cōtinuū eē.


Co. 16.


¶ Ex premissis cōcludit propositum. ⁊ dicit ꝙ cum premissa sint vera necesse est ꝙ tempus sit continuum. i. divisibile in semper divisibilia. supposito enī ꝙ hec sit diffinitio cōtinui: necesse est ꝙ tempus sit continuum: si magnitudo est continua: qr ad divisionē magnitudinis sequitur divisio temporis: ⁊ econverso. ¶ Deinde cū dicit.

Quoniam enim ostensum est: quod velocius in minori transibit equale sit quod quidem in quo est. a. velocius. Quod autem est in quo est. b. tardius: ⁊ sit motum tardius que est. c. d. per magnitudinē: in quo est. z. i. tēpore. Manifestū igitur est ꝙ velocius in minori ꝙ̄ hoc movebitur per eandem magnitudinem. Et sit motum. a. in quo est. z. t. Iterum autem quoniam. a. quod est velocius in eo quod est. z. t. trāsiuit totam que est. c. d. ipsum tardius in eodē tempore minorem transit. Si igitur in qua. c. k. Quoniam autem tardius quod est ipsum. b. in eo quod est. z. t. tempore ipsam que est. c. k. transiuit: velocius in minori transibit. Quare iterum dividitur quod est. z. t. tempus: h āt divisio ⁊. c. k. magnitudo dividetur secūdū eādem rationem si vero magnitudo ⁊ tempus: ⁊ hoc semper erit accipientibus a velociori tardius: ⁊ a tardiori velocius: ⁊ eo demonstratū est utentibus. Dividet autem quod est velocius tempus tardius autem longitudinem. Si igitur semper in natura est converti: converso autem semper fit divisio: manifestum quoniā omne tps continuum est. Similiter autē manifestū ⁊ ꝙ magnitudo oīs cōtinua ē per easdē. n. ⁊ eq̄les divisiōes tpsq̄ ⁊ magnitudo dividit.

Co. 17.

¶ Demonstratio ꝙ similiter dividit tēp⁹ ⁊ magnitudo.





¶ Ostendit ꝑpositum. s. ꝙ similiter dividat tempus ⁊ magnitudo. qr enim ostensum est ꝙ velocius pertransit equale spacium in minori tempore ponat ꝙ. a. sit velocius ⁊. b. tardius ⁊ moveat. b. tardius per magnitudinem que est. c. d. in tempore. z. i. Manifestum est ergo ꝙ. a. quod est velocius movet per eandem magnitudinem in minori tempore: ⁊ sit tempus illud. z. t. Iterum autem quoniam. a. quod est velocius in tempore. z. t. pertransiuit totam magnitudinem que est. c. d. b. quod est tardius in eodem tempore pertransit minorem magnitudinem ꝙ̄ sit. c. k. ⁊ qr. b. quod est tardius pertransit magnitudinem in tempore. z. t. a. quod est velocius pertransibit eandem magnitudinem adhuc in minori tempore: ⁊ sic tempus z. t. iterum dividet: ⁊ eo diviso scdm eandem rōnem dividet magnitudo. c. k. qr tardius ī parte illius temporis movet per minorem magnitudinem. ⁊ si dividit magnitudo iterum dividet ⁊ tempus: qr illam partem magnitudinis velocius transibit ī minori tempore. ⁊ sic semper procedet accipiendo post motum velocioris aliud mobile tardius: ⁊ post tardius iterum velocius: ⁊ vtendo eo quod demonstratum est. s. ꝙ velocius pertrāseat equale in minori tempore: ⁊ tardius in equali tempore minorē magnitudinem. sic enim accipiendo id quod est veloci⁹ dividemus tempus ⁊ accipiendo id quod est tardius dividemus magnitudinem. Si ergo hoc verū est ꝙ semper possit talis conversio fieri procedendo a velociori in tardius: a tardiori in velocius: ⁊ facta tali cōversiōe semper fit divisio magnitudinis ⁊ temporis: manifestū erit ꝙ omne tempus est continuū idest divisibile in semper divisibilia: ⁊ similiter omnis magnitudo: qr per easdem ⁊ quales divisiones dividit tēpus ⁊ magnitudo: vt ostēsum est. ¶ Deinde cum dicit.

Amplius autem ex consuetis rōnib⁹ dictis manifestum est: ac si tempus q̄dē continuū sit ⁊ magnitudo. Si q̄dem in medio tempore medium transit: ⁊ simpliciter in minori minus. eedē nāq̄ divisiōes tpis ⁊ magnitudis sunt.

¶ Ponit tertiam rōnem ad ostendendum ꝙ magnitudo ⁊ tempus similiter dividunt: ex consideratione vnius ⁊ eiusdem mobilis: ⁊ dicit ꝙ manifestum est etiam per rōnes quas cōsueverunt dici: ꝙ si tempus est continuum idest divisibile in semper divisibilia: ꝙ ⁊ magnitudo eodem modo continua est: qr vnum ⁊ idem mobile regulariter motum: sicut in toto tempore pertransit totam magnitudinem: ita in medio tempore medium magnitudinis: ⁊ vniversaliter in minori tempore minorem magnitudinem: ⁊ hoc ideo cōcludit quia similiter dividit tempus sicut ⁊ magnitudo.

Et si quodcūq̄ infinitum est ⁊ alterum ⁊ sicut alterū ⁊ alterū ē: ut si q̄dem ultimis infinitum est tempus ⁊ longitudo ultimis: si vero divisione: divisione erit longitudo: si āt ī utrisq̄ tēpus: in utrisq̄ ⁊ longitudo

Co. 18.

Lectio quarta.

Postquam ostendit ꝙ magnitudo ⁊ tempus similiter dividunt: hic ostendit ꝙ etiam infinitū ⁊ finitum similiter inveniunt in magnitudine ⁊ tempore. ⁊ circa hoc tria facit. primo ponit ꝑpositum. 2o ex hoc solvit dubitationem ibi. (Unde ⁊ zenonis rō). Tertio probat ꝑpositum ibi. (Neq̄ uniq̄ infinitum ⁊c.) Dicit ergo primo ꝙ si quodcūq̄ horum duorum. s. temporis ⁊ magnitudinis sit infinitum: ⁊ alterum est infinitum: ⁊ eo modo quo vnum est infinitum ⁊ alterum. ⁊ hoc exponit distinguendo duos modos infiniti dicens ꝙ si tempus est infinitum in vltimis ⁊ magnitudo est infinita in vltimis. dicit autem tempus ⁊ magnitudo esse infinita in vltimis: qr. s. vltimis caret: sicut si imaginaremur lineam non terminari ad aliquod punctū: vel tē

pus non terminari ad aliquod primum aut vltimum in/stans. ꝛ si tempus sit infinitum diuisione: ꝛ longitudo erit diuisione infinita: ꝛ est hic scḋs modus infiniti. dicitur. n. diuisione infinitum qḋ in infinitū diuidi pōt: qḋ est de rōne continui vt dictum est: ꝛ si tempus esset vtroqꝫ modo infinitum: ꝛ longitudo esset vtroqꝫ modo infinita. ꝛ cōue niēt isti duo modi infiniti ꝯtra ponunt: q: primus modus infiniti accipit ex parte vltimorum indiuisibilium q̄ pri/uant. Secundus autem modus accipit ſm indiuisibilia que signantur in medio. diuiditur enim linea ſm puncta infra lineam signata. ℂ Deinde cum dicit.

Co. 19. Unde ꝛ zenonis ratio falsum opinat ꝙ nō est possibile infinita pertransire: aut tangere infinita secundum vnumquodqꝫ infinito tempore. Dupliciter enim dicitur ꝛ longitudo ꝛ tempus infinitum: ꝛ omnino omne continuū: aut secundum diuisionem aut in vltimis. infinitis quidem igitur secundum quantitatem non contigit sese tāgere īfinito tpe: eis aūt q̄ sūt scḋz di/uisionē cōtigit ꝛ nāqꝫ ipsū sic īfinitū. quare ꝛ ī finito tpe et nō finito accidit trāsiri īfinitū et tāgere īfinita ī ipsis īfinitis et non finitis.


ℂ Ex premissis remouet dubitationem zenonis qui volebat probare ꝙ nihil mouet de vno loco ad aliud. puta de. a. in. b. manifestum est enim ꝙ inter. a. ꝛ. b. sunt infinita pūcta media cū cōtinuū sit diuisibile in infinitū. Si ergo mouet aliquid de. a. in. b oꝫ ꝙ pertranseat infinita. ꝛ ꝙ tangat vnūquodqꝫ infinitoꝝ quod nō est possibile fieri in tempore finito. ergo i nullo tpe quātūcūqꝫ magno: dū mō sit finitū: aliquid pōt moueri per q̄tūcūqꝫ paruū spaciū. Dicit ergo phūs ꝙ ista rō procedit ex falsa existimatione: q: longitudo ꝛ tēpus ꝛ quodcūqꝫ continuū dupliciter dr̄ esse infinitum vt dictum est. s. ſm diuisionē ꝛ in vltimis. Si igit essent aliqua scilicet mobile ꝛ spaciū infinita ſm quantitatem qḋ est esse infinitū in vltimis nō contingeret ꝙ se inuicē tangerent in tempore finito. Si vero sint infinita ſm diuisionem: hoc cōtingit: q: etiam temp⁹ quod est finitum ſm quantitatem est sic infinitum scilicet ſm diuisiōem. vnde sequit infinitū ꝙ transeat non quidem in tempore finito sed in tempore infinito: ꝛ ꝙ infinita pūcta magnitudinis transeant in infinitis nūc temporis non aūt in nūc finitis. Est aūt sciendum ꝙ hec solutio est ad hominem ꝛ non ad veritatem sicut infra Aristo. manifestabit in. viij. ℂ Deinde cum dicit.


Neqꝫ iā īfinitū pōt ī finito tpe trāsire neqꝫ ī īfinito finitū: sꝫ si qdē tēp⁹ īfinitū sit et magnitudo erit īfinita: et si magnitudo ꝛ tēporis.

Lec. 17. 6. 3. ec. 11. ℂ Probat qḋ supra posuit. ꝛ primo resumit ꝓpositum. 2o probat ibi. (Sic enim magnitudo.) Dicit ergo primo ꝙ nullum mobile pōt transire infinitum spaciū in tempore finito. neqꝫ finitum spaciū in tempore īfinito. Sꝫ oportet si tempus est infinitum ꝙ magnitudo sit infinita: ꝛ ecōuerso. ℂ Deinde cum dicit.

Co. 20. Sit. n. magnitudo finita ī q̄ ē. a. b. Tps aūt īfinitū: ī quo ē. g. Accipiat igit tpis aliqd finitū ī quo sit. g. d. ī hoc igit trāsibit aliqd magnitudis. Et sit ꝙ trāsitū ē ī quo ē. b. e. hoc aūt aut mēsurabit ī quo ē. a. b. aut deficiet aut excellet differt. n. nihil. si. n. sp eq̄lē q̄ ē ī. b. e. magnitudinē ī eq̄li tpe trāsibit. Hoc aūt mēsurat totū. finitum erit oē tempus ī quo transibit. ī equalia enī diuidet: sicut et magnitudo.

ℂ Demonstratio prima per quam probatur ꝙ si magnitudo est finita qḋ tempus est finitum: ꝛ sumitur hec demonstratio ex proportione partis ad totum.






ℂ Probat ꝓpositum. ꝛ primo ꝙ tempus nō pōt esse infinitum si magnitudo sit finita. 2o ꝙ ecōuerso si longitudo sit infinita tēpus nō pōt esse finitū ibi. (Eadē aūt demonstratio est.) Primū aūt ostendit duabus rōnibus. quaruꝫ prima talis est. sit magnitudo finita que est. a. b. ꝛ sit tempus infinitū qḋ est. g. accipiat aūt huius temporis infiniti aliqua pars finita que sit. g. d. q: igit mobile per totū tē/pus. g. pertransit totam magnitudinem. a. b. oꝫ ꝙ in hac parte tēporis que est. g. d. pertrāseat aliquā partē illi⁹ magnitudinis que quidē sit. b. e. cū aūt. a. b. magnitudo sit finita ꝛ maior. b. e. g. d. aūt finitū ꝛ minus ipso. g. necesse est ꝙ. b. e. aut mensuret totū. a. b. aut deficiet aut excellet in mensurando. Si multotiēs sumat. b. e. sic enim omne finitum minus se habet ad finituꝫ maius: ut patet in numeris. Ternarius enim qui est minor senario bis acceptus mensurat ipsum quariū vero q etiam est maior nō mensurat bis acceptus sed excedit. plus enim est bis tria q̄ quatuor. similiter etiam ꝛ septenariū bis acceptus nō mensurat. Sed deficit ab eo. minus. n. est bis tria quā septē. sed tū si trinarius ter accipiat excedet ēt septenarium. Nihil aūt differt quocūqꝫ mō horū trium. b. e. se habeat ad. a. b. q: idē mobile semper pertrāsibit magnitudinem equalē ei qḋ est. b. e. in tpe equali ei: qḋ est. g. d. sꝫ. b. e. mensurat totum. a. b. vel excedit ipsum si multotiēs sumat: ergo ꝛ. g. d. mēsurabit totū tēpus. g. vel excedit ipsum si multotiens sumat: ꝛ sic oꝫ ꝙ totum tēpus. g. sit finitum in quo pertransit totam magnitudinē finitam: q: oꝫ ꝙ in equalia ſm numerum diuidat tempus sicut ꝛ magnitudo. Secundam rationem ponit ibi.

Co. 21. Ampli⁹ aūt si nō oēm magnitudinem ī īfinito tpe trāsibit: sed cōtigit aliquā et ī finito tpe trāsire: ut q̄ ē. b. e. hec aūt mēsurabit totā et eq̄lē ī equali transibit. Quare et finitū erit tempus.

ℂ Que talis est. q̄uis enim detur ꝙ magnitudinem finitā que est. a. b. pertranseat aliqḋ mobile ī tempore infinito non tū pōt dari ꝙ omnem magnitudinem pertranseat in tempore infinito: q: videmus ꝙ multe magnitudines finite temporibus finitis pertrāseunt. Sit igit magnitudo finita que est. b. e. que pertrāseat tpe finito. Sed. b. e. cū sit finita mēsurat. a. b. que est etiam finita. sed idē mobile pertransibit equalē magnitudinem ei que est. b. e. in equali tempore finito in quo ipsam pertransibat: ꝛ ita quot accipiebant magnitudines equales. b. e. ad constituēdaꝫ totam. a. b. tot tempora finita equalia accipient ad mensurationem vel cōstitutiōem totius temporis: vnde sequitur ꝙ totum sit finituꝫ. differt aūt hec rō a prima: q: in prima rōne. b. e. ponebat pars magnitudinis. a. b. hic autē. b. e. ponit quedam alia magnitudo separata. Necessitatē aūt huius scḋe rōnis posite ostendit cum subdit.

Quod autē nō in infinito tēpore trensit quod est.b.c. manifestum est si accipiatur in altera finitū tēpus: si.n.in minori pte trāsit hāc necesse ē finitam esse altero termino existente.

Demōstratio scōa p quā pbatur idē quod supra: ꝛ sumit ex proportione cuiuslibet finiti ad quodlibet finitū.



Posset enī aliqs cōtra primā rōem cauillando dicere ꝙ sicut totā magnitudinē.a.b. ptrāsibit ī tpe īfinito ita ꝙ qualꝫ ptē ei⁹. ꝛ sic ptes.b.c. nō ptrāsibit tpe finito. Sꝫ q: nō pt dari ꝙ qualꝫ magnitudinē ptrāseat tpe īfinito. opor tuit iducē scdaꝫ rōeꝫ ꝙ.b.c. sit q̄dā alia magnitudo quā tē pore finito ptrāseat. ꝛ hoc ē qd̄ subdit qd̄ manifestū ē ꝙ mobile nō ptrāsit magnitudinē q̄ ē.a.b.ī īfinito tpe si acci piat ī altera finitū tps.ī.si accipiat aliq̄ alia magnitudo a p ta q̄ dicat.b.c.quā ptrāsibit tpe finito. Si.n.ī minori tpe ptrāsit ptē magnitudis quā totū necesse ē hāc magnitudi/ ne q̄ ē.b.c.finitā eē altero termīo existēte finito.s.a.b.q̄si dicat: si tps in q̄ ptrāsibit.b.c. est finitū ꝛ minus tempore īfinito ī q̄ ptrāsibit.a.b.necesse ē ꝙ.b.c sit mīor quā.a. b. ꝛ ita ꝙ.b.c. sit finita cū.a.b.finita sit. Deīde cū dicit.

Co.21.

Eadem autem demonstratio est: ꝛ si longi tudo quedam infinita sit: tēpus autem finituꝫ.

Dicit ꝙ eadē demōstratio ē ducēs ad ipossibile si dica tur ꝙ lōgitudo sit īfinita ꝛ tps finitū: q: accipiet aliqd lō gitudīs īfinite qd̄ erit finitū. sicut accipiebatur aliquid tē poris infiniti ꝙ est finitum. Deinde cum dicit.


Manifestū igitur ex dictis est: ꝙ neqꝫ li nea: neqꝫ planum: neqꝫ omnino nullum conti nuorum erit atomus: nō solum propter id qd̄ nunc dictum est: sed q: accidit diuidi atomuꝫ.

Probat ꝙ nullū ɔtinuū ē idiuisibile: ꝛ pmo ondit ꝙ ɔueniēs sequit si h̄ pōat: scdō pōit dmōstratōeꝫ ad illd̄ ɔueniēs ducē ē ibi. (Q̄m.n.ī oī tpe.) dicit ergo primo māifestū esse ex dictis ꝙ neqꝫ linea neqꝫ planū.ī.superficies neqꝫ oīo aliqd̄ ɔtinuū ē atom⁹.ī.idiuisibile: tū pp p̄dicta: ꝛ videlꝫ ipossibile ē aliqd̄ ɔtinuū ex idiuisibilib⁹ ɔpōi cū ī ex continuis possit cōponi continuū: tū ēt q: sequeretur ꝙ indiuisibile diuideretur. Deinde cum dicit.

Co.23.

Quoniā eni in omni tēpore velocius ꝛ tar dius est. Velocius autēꝫ plus transit in equali tpe. contingit aūt ꝛ duplicem ꝛ hemiolaꝫ tran sire longitudinē. Sit eni hec rō velocis. Addu catur igit velocius secundū hemoliū in codeꝫ tpe: ꝛ diuidant magnitudines: que quidē velo cioris sunt.a.b.c.d. in tres atomos que v̄o sunt tardioris in duos in quibus sunt.e.ʒ.i. Itaqꝫ ꝛ tempus diuidetur in tria atoma. Equale enīꝫ in equali tpe trāsibit. Diuidat igit tēpus in ea que sunt. K.l.m.n. Iterū autē quoniam decla ratū est tardius per.e.ʒ.i.ꝛ tps secabit ingemi na. Diuidet ergo atomū ꝛ impartibile non.n. in atomo transit: sed in pluri. Manifestum er go est ꝙ nihil continuorum impartibile est.

Demōstratō ꝙ nullū ɔtinuū ē ɔpositū ex idiuisibilib⁹.



Ostendit qualiter dicať primū in statione. ⁊ circa hoc duo facit: primo ostendit qualiter dicatur aliqđ stare in aliquo tempore prius: fm ꝙ primū opponitur ei ꝙ dicitur secundum partem. scdo ostendit ꝙ in statione non est accipere aliquam primam partem ibi. (Sicut aūt qđ mouetur.) Dicit ergo primo ꝙ si in aliquo tempore dicatur aliquid stare primo ⁊ per se ⁊ non ratione partis: necesse est ꝙ stetur in qualibet parte illius temporis. Diuidatur enim tempus in duas partes: ⁊ si dicatur ꝙ in neutra pte stet: sequetur ꝙ in toto non stet in quo tamen ponebatur stare. ergo stans non stat: neqȝ etiam potest dici ꝙ in altera tantum parte stet: qꝛ sic non primo staretur in toto tempore: sed solum ratione partis. vnde relinquitur ꝙ stet in vtroqȝ. si. n. dicať primo stare in toto: qꝛ stat i vtraqȝ pte. sicut dcm̄ ē supra de eo qđ moueť. Deinde cum dicit.

Lec.8.

Sicut aūt qđ moueť non est in quo primo moueť: sic vtiqȝ neqȝ in quo stať qđ stat. Non


Co.71.

enī in ipso moueri neqȝ stari aliqđ est primuȝ. Sit. n. in quo primo stať in quo est. a. b. Hoc q̄dē ipartibile nō cōtingit esse. Motus. n. nō ē in impartibili. pp id quod motū est aliqđ ipsius. Qđ aūt statur demonstratuȝ est esse quod mouetur. At vero si diuisibile in qualibet ipsius partium stať. Hoc enī ostensum prius ꝙ ī quo primum statur: in quolibet illius statur. Quoniā ergo tempus est in quo primo statur ⁊ non atomum est: omne autem tempus in infinitum partibile: non erit in quo primo stať.

Demonstratio ostendens ꝙ non est accipere primam partem temporis in statione mobilis.

A. Pars temporis B. tempus.





Ostendit ꝙ non ē accipere aliquā primā partem in statione: ⁊ dicit ꝙ sicut non est accipere aliq̄ primā partem tēporis in qua aliqđ mobile moueť: ita ēt est in statiōe: qꝛ neqȝ in ipso moueri neqȝ in ipso stare pōt esse aliqua prima pars. ꝙ si nō concedatur: sit prima pars tēporis in q̄ statur. a. b. que q̄dē non pōt esse ipartibilis: qꝛ ostensuȝ ē supra ꝙ motus non ē in ipartibili tēporis: eo ꝙ semper quod moueť iā per aliud motū est: vt supra ostensum ē. demonstratū est ēt nunc ꝙ omne qđ stat mouetur. Unde relinquiť ꝙ. a. b. sit diuisibile. ergo in qualibet parte eius statur. iā. n. ostensum est ꝙ quādo in aliquo tēpore dicať stari primo ⁊ per se ⁊ non rōe partis: in q̄libet parte illiꝰ statur. ergo cū sit pars prior toto non erat. a. b. primuȝ in quo statur. ⁊ qꝛ oē illud in quo statur est tempus: ⁊ non est aliquid indiuisibile temporis: omne autem tempus est diuisibile in infinitum: sequitur ꝙ non erit accipere p̄mum in quo stetur. Deinde cum dicit.

Lec.8.

Neqȝ igiť quiescens cū primo quieuit est. In impartibili enī non quieuit: pp id qđ non est motus in atomo. In quo aūt est quiescere ⁊ moueri. Tunc. n. dicimus q̄scere: quando ⁊ in quo aptū natū est moueri. non mouetur quod aptū natū est. Amplius aūt id dicimus q̄scere cū similiter se habeat nūc vt prius: tāqȝ non vno quodam indicantes: sı duobus minimis. Quare non erit in quo q̄scat ipartibile. Si vero partibile tps vtiqȝ erit: ⁊ in qualibet partiū istarū quiescit. Eodē enī mō demōstrabiť quo ⁊ in prioribus. Quare nullū erit primuȝ. Hec aūt causa est: qꝛ quiescit quidē ⁊ mouetur omne i tempore. Tempus autem nō est primuȝ. neqȝ magnitudo neqȝ omnino nullum cōtinuum. Omne enim continuuȝ i īfinita diuisibile.

Co.71.

Co.72.

Ostendit idē de quiete. ⁊ circa hoc duo facit prio ostendit ꝙ nō est accipere primū in quiete. secundo ponit quādam consideratiōē per quā motus a quiete distinguitur ibi. (Quoniam autem omne quod mouetur.) Et quia eadem ratio est quare nō sit primū in motu statione ⁊ quiete: ideo ex his que supra dicta sunt de motu ⁊ statione cōcludit idem in quiete. ⁊ dicit ꝙ non est accipere aliquod primum in quo quiescens quieuerit. ⁊ ad hoc probāduȝ resumit quodam quod supra probatum est scilicet ꝙ nu

Lec.5.

hil quiescat in impartibili tempoꝛis. ⁊ resumit etiaȝ duas rationes quibus hoc supra probatū est. quarum prima est ꝙ motus non est i indiuisibili tēpoꝛis. in eodē autem est quiescere ⁊ moueri: q꞉ non dicimus quiescere nisi qđ id quod aptuȝ natuȝ est moueri: non mouetur tunc quando aptuȝ natuȝ est moueri: ⁊ fm id quod scđm quod natum est moueri puta qualitatē aut locū aut aliquid huiusmodi. Unde relinquitur ꝙ nihil quiescat in ipartibili tēpoꝛis. Secunda ratio est q꞉ tunc dicimus aliquid quiescere: quando similiter se habet nunc sicut prius: ac si non diudicemus quietem per aliquod vnuȝ tantuȝ: sed per cōpositioneȝ duoꝝ adinuicē: ex eo scilicet quod similiter se habet in duobus: sed in ipartibili non est accipere nunc ⁊ prius neqȝ aliqua duo. ergo illud tēpoꝛis in quo quiescit aliquid non est ipartibile. Isto autem probato procedit vlterius ad pꝛincipale pꝛopositū ostendendū. Si eniȝ illud in quo aliquid quiescit est partibile habens in se prius ⁊ posterius: sequitur ꝙ sit tēpus. Hec eniȝ est ratio tēpoꝛis: ⁊ si est tēpus opoꝛtet ꝙ in qualibet partiuȝ eius quiescat. ⁊ hoc demonstrabitur eodē modo sicut ⁊ supra monstratū est in motu ⁊ statione q꞉ scilicet si non quiescit in qualibet parte: aut ergo in nulla: aut in vna tantum. si in nulla ergo neqȝ in toto: si in vna tantuȝ: ergo in illa primo ⁊ non in toto. Si vero in qualibet parte tēpoꝛis quiescit non erit aliquid accipere primū in quiete: sicut neque in motu. ⁊ huiusmodi causa est quia vnūquodqȝ quiescit ⁊ mouetur in tēpoꝛe. Sed in tempoꝛe non est accipere aliquod pꝛimum: sicut neqȝ in magnitudine: neqȝ in aliquo continuo. propter hoc ꝙ omne continuuȝ diuisibile est in infinituȝ. ⁊ sic semper est accipere partē minoreȝ parte. ⁊ inde est ꝙ neqȝ in motu neqȝ in statione neqȝ in quiete est aliquid pꝛimum.

Deinde cum dicit.

co.74 **Quōiaȝ autē oē quod mouetur in tēpoꝛē mouetur: ⁊ ex quodā in quiddā mutatur: in quo tēpoꝛe mouetur secundū se et non quo ī illius aliquo īpossibile est tunc secunduȝ aliqđ esse pꝛimū quod mouetur.**

Ponit quandā consideratione͂ per quā distinguitur id quod mouetur ab eo ꝙ quiescit. ⁊ pꝛimo ponit eaȝ. scđo pꝛobat ibi. (Quiescere eniȝ est.) Circa primū pꝛemittit duas suppositiones. Quaruȝ vna est ꝙ omne quod mouetur: mouetur in tēpoꝛē. secunda est quod omne ꝙ mutatur: mutatur ex vno termino in aliū. Ex his duobus intendit concludere tertiū. s. ꝙ si accipiatur aliquod mobile quod pꝛio ⁊ per se moueatur ⁊ non soluȝ ratione sue partis īpossibile est ꝙ sit fm aliquid vnū ⁊ idem illius rei in qua est motus: vt puta in vno ⁊ eodē loco vel ī vna ⁊ eadeȝ dispositione albedinis in aliquo tempoꝛe: ita ꝙ accipiamus in tēpoꝛe esse scđȝ se ⁊ non ratione alicuius ꝙ in tēpoꝛe sit. ideo auteȝ opoꝛtet ꝙ accipiatur mobile. (quod pꝛimum mouetur) quia nihil pꝛohibet aliquid moueri scđȝ parteȝ: ⁊ tamen ipsuȝ manet per totuȝ tempus in vno ⁊ eodē loco: sicut cuȝ homo sedens mouet pedē. ideo autē dixit ex parte tēpoꝛis (in quo tēpoꝛe mouetur scđȝ se ⁊ non quo in illius aliquo) quia aliquid dum mouetur potest dici ꝙ est in aliquo vno ⁊ eodeȝ loco in tali die: sed hoc dicitur: q꞉ fuit in illo loco non in toto die: sed in aliquo nunc illius diei.


Deinde cum dicit.

Quiescere. n. est eo ꝙ in eodē sit tēpoꝛe quodā ⁊ ipsuȝ ⁊ partiū vnaqueqȝ. Sic eniͦ dicimus quiescere: cū in alio ⁊ in alio ipsoꝛuȝ nunc verū sit dicere ꝙ in eodē ⁊ ipsuȝ ⁊ partes. Si autē hoc quiescere non cōtingit quod mutatur secūdū aliquid esse totū secundū primū tēpus. Tēpus eniͦ diuisibile oē. Quare in alia ⁊ alia ipsius parte veruȝ erit dicere ꝙ in eodē sit ipsuȝ et partes. Si eniͦ non sic est in vno solo nunc: nō erit tēpus nullū secundū aliquid: sed secundū terminū tēpoꝛis: in ipso autē nunc est terminus quod sꝑ secunduȝ aliquid manens non tū quiescit. Neqȝ eniͦ moueri neqȝ quiescere est in ipso nunc. Sed non moueri quidē est verū in ipso nunc: et esse secunduȝ aliquid. in tēpoꝛe autē nō cōtingit esse secundū aliquid quiescens accidit eniͦ quod fertur quiescere.

Pꝛobat pꝛopositū. ⁊ dicit ꝙ si id quod mutatur sit per totū aliquod tēpus in aliquo vno ⁊ eodē: puta in vno loco: sequitur ꝙ quiescat propter hoc ꝙ in quodaȝ tēpoꝛe est in vno ⁊ eodē loco. ⁊ ipsum ⁊ quelibet pars eius. ⁊ iam supꝛa dictum est ꝙ hoc est quiescere: cū veruȝ sit dicere de aliquo ꝙ ipsum ⁊ partes eius sunt in vno ⁊ eodē in diuersis nunc. Si ergo hec est diffinitio eius quod est quiescere: ⁊ non contingit aliquid simul qescere ⁊ moueri sequitur ꝙ non contingat id quod mouetur esse totū (scđȝ aliquid) idest in aliquo: puta in vno ⁊ eodē loco fȝ pꝛimū tēpus. i. fm aliquod totuȝ tēpus: ⁊ non tantum secundū aliquid eius. ⁊ quare hoc sequitur ostendit. q꞉ omne tēpus est diuisibile in diuersas partes quaruȝ vna est pꝛioꝛ altera. vnde si per totuȝ tēpus sit in aliquo vno verū erit dicere ꝙ in alia ⁊ in alia parte tēpoꝛis: ipsuȝ mobile ⁊ partes eius sint in vno ⁊ eodē puta loco quod est quiescere: q꞉ si dicatur ꝙ non est in diuersis partibus tēpoꝛis in vno ⁊ eodē: sed solū in vno ⁊ eodē est per vnuȝ nunc: non sequitur ꝙ sit tēpus in quo est (fm aliquid). i. in aliquo vno ⁊ eodē: sed ꝙ sit in vno ⁊ eodem fm terminuȝ tēpoꝛis. i. scđm nunc. licet auteȝ ex hoc ꝙ est aliquid esse in tempoꝛe in vno ⁊ eodeȝ. sequatur quod quiescat. hoc tamen non sequitur de nunc si sit ibi in vno solo nunc. q꞉ omne quod mouetur in quolibet nunc tēpoꝛis i quo mouetur semper est manens. i. existens secundū aliquid rei in qua est motus. puta secūduȝ locū aut qualitatē aut quātitatem non tamen quiescit quia iaȝ ostensuȝ est ꝙ neque quiescere neqȝ moueri contingit in ipso nunc. sed verum est dicere ꝙ in ipso nunc aliquid non mouetur. ⁊ quod in ipso nunc est alicubi vel secundū aliquid vel etiam illud quod mouetur. Sed non contingit illud quod mouetur esse quiescens in tēpoꝛe secundū aliquid. accideret eniͦ ꝙ aliquid duȝ fertur quiesceret quod est impossibile. Relinquitur ergo ꝙ omne quod mouetur quādiu mouetur nunquaȝ est in vno ⁊ eodeȝ per duo nunc sed per vnum soluȝ. ⁊ hoc patet in motu locali. Sit enim magnitudo a. c. ⁊ diuidatur in duo media in puncto. b. ⁊ accipiatur aliquod coꝛpus quod sit. o. equale vtriqȝ. s. a. b. ⁊. b. c. et moueatur de a. b. in. b. c. Si autem accipiantur loca totaliter ab inuicem distincta. non est hic accipere nisi duo loca. Sed manifestum est ꝙ mobile nō simul sed successiue deserit pꝛimum locū ⁊ subintrat secūduȝ. Unde fm ꝙ locus est diuisibilis in infinitū: scđm hoc multiplicatur loca in infinituȝ. quia si diuidatur a. b. in duo media in puncto. d. ⁊. b. c. in duo media in puncto. e. manifestuȝ est ꝙ d. e. erit alius locus ab vtroqȝ et similiter semper diuisione facta fiet alius locus ⁊ ideȝ etiā manifestum est in alteratione quia quod de albo transit in nigrum per infinitos gradus albedinis ⁊ nigredinis et medioꝛū coloꝝ pertransit: non tamen sequitur ꝙ cum sint infinita media: ꝙ nullo modo possit peruenire ad vltimum. quia huiusmodi media loca non sunt infinita in actu: sed in potentia tantum: sicut ⁊ magnitudo non est diuisa actu in infinitum: sȝ in potentia diuisibilis.

Lec. 5.

Ostenso ꝙ id quod mouetur quādiu mouetur nunquā est in vno et eodem per duo nunc. Sed per vnum solum.



Co.75. p:i.co.25.

Z Eno autem deratiocinatur et paralogizat. Si enim semper dicit quiescit omne aut mouetur cum fit secundum equale. Est autem semper quod fertur in ipso nunc imobilem esse sagitam que fertur. Hoc autem falsum est. Non enim componitur tempus ex ipsis nunc indiuisibilibus sicut nec alia magnitudo vlla. Co.79.

Lectio. xi.

P Ostquam Philosophus determinauit de diuisione motus et quietis: hic excludit quedam ex quibus errabant aliqui circa motum. Et circa hoc tria facit. Primo soluit rationes zenonis negantis totaliter motum esse. Secundo ostendit quod indiuisibile non mouetur contra Democritum qui ponebat indiuisibilia moueri semper ibi. (Ostensis autem ex his.) Tertio ostendit mutationem omnem esse finitam: contra heraclitum qui ponebat omnia moueri semper ibi. (mutatio autem omnis). Circa primum duo facit. Primo ponit quandam rationem zenonis et soluit eam: que pertinet ad id quod imediate de motu premiserat. secundo explicat omnes rationes eius per ordinem ibi. (Quattuor autem sunt rationes). Dicit ergo primo quod zeno male ratiocinabatur et apparenti syllogismo vtebatur ad ostendendum quod nihil mouetur: etiam id quod videtur velocissime moueri: sicut sagitta que fertur. et erat ratio sua talis. Omne quod est in loco sibi equali aut mouetur aut quiescit. Sed omne quod fertur in quolibet nunc est in aliquo loco sibi equali. ergo et in quolibet nunc aut mouetur aut quiescit: sed non mouetur ergo quiescit. si autem in nullo nunc mouetur sed magis videtur quiescere: sequitur quod in toto tempore non moueatur sed magis quiescat. Posset autem hec ratio solui per id quod supra ostensum est: quod in nunc neque mouetur neque quiescit sed hec solutio intentionem zenonis non excludere. sufficit enim zenoni si ostendere possit quod in toto tempore non mouetur quod videtur sequi ex hoc quod in nullo nunc eius mouetur. et ideo Arist. aliter soluit: et dicit falsum esse quod ratio concludit et non sequi ex premissis ad hoc enim quod aliquid moueatur in tempore aliquo oportet quod moueatur in qualibet parte illius temporis ipsa autem nunc non sunt partes temporis. non enim componitur tempus ex nunc indiuisibilibus: sicut neque aliqua magnitudo componitur ex indiuisibilibus: vt supra probatum est. vnde non sequitur quod in tempore non moueatur aliquid ex hoc quod in nullo nunc mouetur. Lec.5. Le.1.

Deinde cum dicit.

Quattuor autem sunt rationes de motu zenonis habentes difficultatem soluentibus. Co.77.

Prima quidem de eo quod non mouetur propter hoc quod prius in medium oportet accedere quod fertur quam ad finem: de qua diuisimus in prioribus rationibus.

Ponit seriatim omnes rationes zenonis quibus vtebatur ad destruendum motum. et circa hoc tria facit. Primo manifestat quomodo destruebat per suas rationes motum localem. secundo quomodo destruebat alias species mutationum ibi. (Neque igitur secundum mutationem). Tertio quomodo destruebat specialiter motum circularem ibi. (Iterum autem in circulo). Circa primum quattuor rationes ponit. et hoc est quod dicit quod zeno vtebatur quattuor rationibus contra motum que ingerebant difficultatem multis eas soluere volentibus. quarum prima talis est. Si aliquid mouetur per totum aliquod spacium oportet quod prius pertranseat medium quam perueniat ad finem. sed cum illud medium sit diuisibile: oportebit quod et prius pertranseat medium illius medii: et sic in infinitum: infinita autem non est transire in aliquo tempore finito: cum magnitudo sit in infinitum diuisibilis ergo nihil potest moueri. Dicit ergo Arist. quod superius circa principium huius sexti libri soluit istam rationem: per hoc quod similiter tempus in infinita diuidatur sicut et magnitudo quod quidem solutio est magis ad interrogantem si infinita contingat transire in tempore finito quam ad interrogationem vt dicet in. viii. vbi soluit hanc rationem per hoc quod mobile non vtitur infinitis que sunt in magnitudine quasi in actu existentibus: sed vt in potentia existentibus. tunc autem alio puncto spacii vtitur quod mouetur vt in actu existenti: quando vtitur eo vt principio et vt fine et tunc necesse est quod ibi stet vt ibi ostendetur. et si sic omnes transire infinita quasi in actu existentia: numquam veniretur ad finem. Secundam rationem ponit ibi. lec.4. Lec.17.

Secunda autem vocata Achilles. Est autem hoc quod tardius nequaquam iungetur currens a velocissimo. Ante autem necesse persequens ire vnde mouit fugiens. Quare semper aliquid habere necesse est tardius. Est autem hec eadem ratio in decidendo in duo. Differt autem in diuidendo non in duo acceptam magnitudinem. Non quidem igitur coniungi tardius accidit ex ratione. fit autem ad idem in duo decisio. In vtrisque enim accidit non attigere ad terminum diuisa quodammodo magnitudine. Sed apponitur in hoc quia neque velocissimum quod cum tragedia dictum est: in persequendo tardius. Quare necesse est eandem esse solutionem. Velle autem quod precedens non iungatur. falsum est. Cum enim precedit non coniungetur: sed tamen coniungetur siquidem dabitur transire finitam. He quidem igitur rationes sunt due. Co.78. Co.79.

Et dicit quod hanc secundam rationem vocabant Achillem quasi inuincibilem et insolubilem. et erat ratio talis. quod si aliquid mouetur sequitur quod id quod currit tardius si incepit prius moueri: numquam iungetur vel attingetur a quocumque velocissimo. quod sic probabat. si tardum incepit moueri ante velocissimum per aliquod tempus: in illo tempore pertransiuit aliquod spacium. Ante igitur quam velocissimum quod persequitur possit attingere tardissimum quod fugit: necesse est quod vadat ab illo loco vnde mouit fugiens: vsque ad illum locum quo peruenit fugiens tempore illo quo persequens non mouebatur: et oportet quod adhuc velocissimum illud spacium pertranseat in aliquo tempore in quo tempore iterum tardius aliquod spacium modicum pertransit: et sic semper. ergo semper tardius habet aliquid ante. i. aliquod spacium in quo precedit velocissimum quod ipsum persequitur. et ita velocius numquam attinget et tardius. hoc autem est inconueniens: ergo magis dicendum est quod nihil mouetur. Ad soluendum autem hanc rationem dicit quod hec ratio est eadem cum prima que procedebat ex decisione spacii in duo media quantum ad virtutem

dinꝰ:ſed differt ab ea in hoc ꝙ aliqua accepta magnitudo ſpacij nõ diuidit̃ in duo media:ſed diuiditur ſcd̃z ꝓportionem exceſſus velocioris ad tardiꝰ in motu:nã in prio tpe quo mouebatur ſoluz tardius accipitur maior magnitudo.in ſcd̃o aũt tpe in quo velocius pertrãſit predictuz ſpacium eũz fit minus accipit̃ minor magnitudo pertranſita a tardiori:et ſic ſemper:vnde qꝛ tps et magnitudo ſp diuiduntur. videt̃ accidere ex hac rõne:ꝙ tardius nunq̃ iungatur a velociori. Sed hoc in idem tẽdit cũz eo quod in pria rõne dicebatur de diuiſiõe magnitudinis in duo media:qꝛ in vtraqꝫ rõne vr̃ accidere ꝙ mobile nõ poſſit attingere vſqꝫ ad terminuz quẽdã ꝑ diuiſiõez magnitudinis infinituz quocunqꝫ mõ diuidat̃.ſ.vel ĩ duo media:ſicut pria rõ procedebat vel ſcd̃z exceſſuz velocioris ad tardius ſicut ꝓcedit ſcd̃a rõ.ſed in hac ſcd̃a rõne apponitur ꝙ velociſſimuz nõ põt attingere ad tardius duz ꝑſequit̃ ipſuz:vt dictuz ẽ cũz q̃dã tragedia.i.cum quadam magnificatiõe verboꝝ ad amiratiõe moueudam. ſed non facit aliqd ad virtutem rõnis.vnde pꝫ ꝙ neceſſe eſt eſſe eandẽ ſolutiõem huius ſecunde ratiõis et prie. ſicut enim in pria rõne falſuz cõcludebat̃ ꝙ.ſ.mobile nunquã perueniret ad terminum magnitudinis ꝑ infinitam magnitudinis diuiſionem:ita falſum eſt ꝙ vult ſecunda rõ cõcludere ꝙ tardiꝰ ꝓcedẽs:nunq̃ vincat̃ a velociori ſequente ꝙ nihil eſt aliud q̃ mobile non peruenire ad aliquem terminum. verũ ẽ enĩ ꝙ q̃diu ꝓcedit tardius nõ cõiungit̃ ſibi velociꝰ:ſed tñ quãdoqꝫ cõiungitur ſibi ſi hoc detur ꝙ mobile poſſit pertranſire finitã magnitudinez in tpe finito:pertranſibit enĩ velociꝰ perſequens totaz illaz magnitudinez q̃ precedebat ipſuz tardiꝰ fugiẽs et adhuc maiorẽ in minori tẽpore q̃ tardius moueatur vltra ꝑ aliquaz determinatã quantitatẽ:et ita nõ ſoluz attinget ipſuz ſed etiaz vltra tranſibit. He igitur ſunt due ratiões zenonis ſic ſolute. Tertiaz ratiõez ponit ibi.

Co. 80. Tertia autem que nunc dicta eſt: quoniã ſagitta que fertur ſtetit. Accipit autem ſecundum ꝙ accidit tempus componi ex ipſis nunc non dato enim hoc non erit ſyllogiſmus.

¶ Et dicit ꝙ tertia rõ zenonis erat illa quã ſupra poſuit anteq̃ inciperet rõnes enumerare.ſ.ꝙ ſagitta q̃ fertur quieſcit:et ſicut ſupra dictuz eſt:hoc accidere videt̃ ex eo ꝙ ipſe ſupponit ꝙ tẽpus cõponatur ex ipſis nunc niſi enĩ hoc cõcedatur non poterit ſyllogizare ad propoſituz. Quartam rationez ponit ibi.

Co. 81. Quarta autem eſt ex his que mouentur ſtadio ex contrarietate equalium magnitudinum iuxta equalia. Horum quidem a fine ſtadij:illorum autem a medio equali velocitatẽ. In quo accidere opinatur equale tempus duplici medium.

¶ Circa quam tria facit. primo ponit ratiõem. ſecundo ſolutiõem ibi.(Eſt autez deceptio.) Tertio manifeſtat per exẽpla ibi.(Ut ſint ſtantes equales magnitudines). Dicit ergo primo ꝙ quarta rõ zenõis procedebat ex aliquibus que mouentur in aliquo ſtadio.ita ꝙ ſint due magnitudines equales que mouentur(iuxta equalia).i.per aliquod ſpacium ſtadij equale vtriq̃ in q̃ntitate:⁊ ſit iſte motus.(Ex cõtrarietate).i.ita ꝙ vna magnitudinũ equalium moueat̃ per illud ſpacium ſtadij verſus vnam partem ⁊ alia verſus aliam partẽ:ita tamen ꝙ vna magnitudinum mobilium icipiat moueri a fine ſtadij et equalis: alia vero icipiat moueri a medietate ſtadij ſiue ſpacij in ſtadio dato:⁊ vtrũqꝫ moueatur eque velociter:hac poſitione facta opinabatur zeno ꝙ accideret ꝙ tempus dimidium eſſet equale duplo:quod cum ſit impoſſibile:volebat ex hoc vlterius inferre ꝙ impoſſibile eſt aliqd moueri. ¶ Deinde cum dicit.


Co. 82. Eſt autem deceptio in eo ꝙ hoc quidem ſecus motum:illud autem ſecus quieſcens equalem magnitudinem velle equali velocitate ſcd̃z equale fieri tempus. hoc aũt falſum eſt.

¶ Ponit ſolutionem.⁊ dicit ꝙ zeno in hoc decipiebat̃ ꝙ accipiebat ex vna parte mobile moueri iuxta magnitudinem motam ⁊ ex alia parte accipiebat ꝙ moueretur iuxta magnitudinem quieſcentem equalem magnitudini mote.⁊ qꝛ ſupponitur equalis velocitas mobilium volebat ꝙ ſm̃ equale tempus eſſet equalitas eque velocium circa equales magnitudines quarũ vna mouetur ⁊ alia quieſcit.quod patet eſſe falſum:qꝛ cũ aliquid moueat̃ iuxta magnitudinẽ quieſcentẽ:non eſt ibi niſi vnus motus: ſed quando aliquid mouetur iuxta magnitudinem motã ſunt ibi duo motus:⁊ ſi ſint in eandem partem addetur de tempore:ſi autem ſint in oppoſitas partes diminuet̃ de tempore ſm̃ quantitatez alterius motus.qꝛ ſi magnitudo iuxta quã aliquod mobile mouetur in eandem partem moueatur equali velocitate vel etiam maiori nunq̃ mobile poterit eam pertranſire. Si vero minori velocitate magnitudo moueatur:pertranſibit eam quandoqꝫ: ſed in maiori tempore q̃ ſi quieſceret. ecõtrario autem ẽ ſi magnitudo moueatur in oppoſitum mobilis:qꝛ q̃tuz magnitudo velocius mouetur:tanto mobile in minori tẽpore eam pertranſit:qꝛ vtriq̃ motus cõparatur ad hoc ꝙ inuicem ſe pertranſeant. ¶ Deinde cum dicit.

Ut ſint ſtantes equales magnitudines:in quibus ſunt.a.a.a. alie autem in quibus ipſa b.b.b.incipientes a medio ipſorum.a.q̃ equales ſecũdũ numerũ bis entes ⁊ magnitudinẽ. Alie autem in quibus ipſa.c.c.c.ab vltĩo equales numero bis ⁊ magnitudine eque ⁊ veloces ipſis.b. Contingit igitur primum.b. ſimul cũ vltimo.a.eſſe:⁊ primum.c.ſecus inuicem motorum. Accidit autem ipſum.c.iuxta omnia.a.a.a.tranſire ipſuz.b.ſecus media.a. Quarẽ medium eſſe tempus.equale enim vtrũqꝫ eſt:ſecꝰ vnũquodqꝫ. Simul aũt accidit ipſum.b. ſecus omnia.c.tranſactum eſſẽ. Simul enim erit primum.b.⁊ primum.c.in contrariis vltimis ĩ eq̃li tempore ad vnũquodqꝫ factum ipſorum.b.b.b.quantum q̃dem ipſorum.a.ut ait propter ambo equali tempore ſecus ipſa.a.fieri. Ratio quidem igitur hec eſt. incidit autem in dictam falſitatem.

¶ Demõſtratio ꝙ ſi magnitudo moueatur in oppoſituz mobilis:mobile in minori tempore eaz pertranſibit.

Magnitudo ſtans.



¶ Manifestat ꝙ dixerat in terminis. ponatur enim ꝙ sint tres magnitudines equales sibiinuicem in quarum qualibet ponatur. a. ⁊ sint iste magnitudines stātes: idest nō mote: vt si intelligatur ꝙ sit aliquod spacium triū cubitorum in quorum quolibet describatur. a. ⁊ sint alie tres magnitudines equales sibi inuicem in quarum qualibet describatur. b. vtputa si intelligamus ꝙ sit vnum mobile trium cubitorum. incipiant autem he magnitudines moueri a medio spacij. sint etiam tres magnitudines alie equales numero ⁊ magnitudine ⁊ velocitate ipsius. b. ⁊ scribatur in istis. c. ⁊ incipiant moueri ab vltimo spacij. scilicet a primo. a. hac ergo suppositiōe facta cōtinget ꝙ primum. b. per suum motū perueniet ad hoc ꝙ sit simul cū vltimo a. ⁊ iterū primū. c. ⁊ per suum motū perueniet vt sit cū p̄io. a. opposito vltimo: ⁊ simul etiā cū hoc erit cū vltimo. b. quasi trāsiens (secus inuicē motorū) idest iuxta omnia. b. que inuicem et cōtra mouētur. cū autem hoc factum fuerit cōstat istud primū. c. trāsiuit omnia. a. sed ipsum. b. nō transiuit nisi media. cū ergo. b. ⁊. c. sint equalis velocitatis. ⁊ eque velox minorē magnitudinem in minori tēpore pertranseat: sequitur ꝙ tēpus in quo. b. p̄uenit ad vltimum. a. sit dimidium temporis in quo. c. p̄uenit ad primum. a. oppositum. in equali enim tempore vtrūqꝫ s. b ⁊. c. est iuxta vnūquodqꝫ idest in equali tēpore. c. ⁊. b. pertranseunt quodcūqꝫ. a. hoc igitur supposito ꝙ tempus in quo. b. peruenit ad vltimū. a. sit dimidium tēporis in quo. c. peruenit ad primū. a. oppositum vlterius cōsiderandum est qūo zeno volebat cōcludere ꝙ hoc dimidiū tēporis sit equale illi duplo: ex quo enim ponit tempus motus ipsius. c. duplum tēporis motus ipsi?. b. ponatur ꝙ in prima medietate tēporis. b. quiescebat ⁊. c. mouebat: ⁊ sit. c. in illa medietate tēporis peruenit vsqꝫ ad medietatē spacij vbi est. b. ⁊ tunc. b. incipiat moueri ad vnā partē: ⁊. c. ad aliā qñ āt. b. peruenit ad vltimum. a. oportet ꝙ pertransierit oīa. c. qꝛ simul primū. b. ⁊ primū. c. sunt in cōtrarijs vltimis. s. vnū in primo. a. ⁊ aliud in vltimo. ⁊ sicut ipse dicebat. c. in equali tēpore sit iuxta vnūquodqꝫ. b. in quanto tempore pertransit vnūquodqꝫ ipsorū. a. ⁊ hoc ideo: qꝛ ambo. s. b. ⁊. c. in equali tēpore p̄transeunt vnum. a. ⁊ sic videtur ꝙ si. b. in equali tempore pertransit in quāto pertransit ipsum. c. ꝙ. c. in equali tempore pertransit ipsum. b. ⁊ ipsum. a. ergo tempus in quo. c. pertransit oīa. b. est equale tēpori ī quo pertrāsiuit oīa. a. Tempus āt in quo. c. pertransit oīa. b. est equale tempori in quo. c. vel. b. pertransit medietate ipsorū. a. vt dictum est. Probatuꝫ est autem ꝙ tēpus in quo ipsum. b. pertrāsit medietatē ipsorū. a. ē dimidiū temporis in quo. c. pertrāsit oīa. a. ergo sequitur ꝙ dimidiū sit equale duplo: qđ est impossibile: hec igitur est rō zenonis sed incidit in falsitatē predictam: qꝛ scilicet accipit ꝙ. c. in eodeꝫ tempore pertranseat. b cōtra motum ⁊. a. quiescens: qđ est falsum: vt supra dictuꝫ est. ¶ Deinde cuꝫ dicit.

Co.83. Neqꝫ igitur secundum mutationem in cōtradictione nullum erit impossibile: vt si ex nō albo in album mutetur: et in neutro est. Tanqꝫ ergo neqꝫ album erit: neqꝫ non album. Non enim si non totum in quolibet est: nō dicetur album: aut non album. Album enim dicitur aut non album non ꝙ totuꝫ sit huiusmodi: sed ꝙ plures aut magis proprie partes. Non idem autem est non esse in hoc: ⁊ non eē in hoc totum. similiter autem est ⁊ in esse ⁊ in non esse et in alijs que secundum contradictionem sunt. Erit qdem enim ex necessitate in altero oppositorum: in neutro autem non semper totum.

¶ Post ratiōem qua zeno excludebat mutatiōem que est inter cōtradictoria. Dicebat enim sic: omne quod mutatur dum mutatur in neutrum terminorū est: qꝛ dū est in termino a quo nondum mutatur dū autēꝫ est in termino ad quē iam mutatū est: si ergo aliqđ mutetur de vno cōtradictorio in aliud: sicut de nō albo in albū: sequitur ꝙ dum mutatur: neqꝫ sit album: neqꝫ nō album: qđ est impossibile. Iꝫ autem hoc incōueniens sequatur aliquib? qui ponūt indiuisibile moueri: tamē nobis qui ponimus ꝙ omne qđ mouetur est partibile: nullum accidit impossibile. Non enim oportet si non est totum in altero extremorum: ꝙ propter hoc non possit dici aut album aut nō album. Contingit enim ꝙ vna pars eius sit alba: ⁊ alia non alba: Non autem dicitur aliquid album vel non album: ex eo ꝙ totum sit huius. Sed qꝛ plures ⁊ principaliores partes sunt tales: que magis ꝓprie sunt nate tales esse. qꝛ nō idem est: non esse in hoc ⁊ non esse totuꝫ ī hoc scilicet in albo vel non albo: ⁊ qđ dictum est de albo vel nō albo: intelligendum est de esse vel nō esse simpliciter: ⁊ in omnibus que opponuntur scđm cōtradictiōeꝫ: sicut calidum ⁊ nō calidum ⁊ huiusmōi. semper enim oportebit ꝙ sit in altero cōtra oppositorū illud quod mutatur: qꝛ denominabitur ab eo qđ principalius inest. sed nō sequitur ꝙ semper sit totum in neutro extremorum: vt zeno putabat. Sciendū est āt ꝙ hec respōsio sufficit ad repellendum rōneꝫ zenōis: qđ hic principaliter intenditur. quō autem circa hoc se habeat veritas in. viij. plenı? ostēdetur. Nō enim in quolibet verum est ꝙ pars ante partem alteretur vel generetur. sed aliqñ totum simul vt supra dictum est: ⁊ tunc nō habet locum hec respōsio: sed illa que pōitur in. viij. ¶ Deinde cum dicit.

Lec.17.

Lec.5.

Iterum autem est ī circulo ⁊ ī spera ⁊ omnino q̄ ī ipsis mouētur: qa accidet ipsa qescere In eodem enim loco secūdum tempus quoddam sunt et ipsa ⁊ partes. Quare qescēt simul ⁊ mouebūtur. Primum qdem enim partes nō sunt ī eodem nullo tempore. Postea ⁊ totum mutatur semper ī alterum. Nō enim eadem est ab ipso. a. accepta circulatio: ⁊ que est ab ipso. b. ⁊. c. et aliorum vnoquoqꝫ signorum nisi sicut music? hō ⁊ hō: qa accidit. Quare mutatur semper altera ī alterāꝫ: ⁊ nequaqꝫ qescet. Eodem autem modo est ⁊ ī spera: et ī alijs q̄ ī seipsis mouētur.


Co.84.

Co.85.

¶ Soluit rationem zenonis que destruebat motuꝫ sphericum. Dicebat enim quod non est possibile aliquid circulariter vel sperice moueri: vel quocunqꝫ alio modo ita quod aliqua moueantur in seipsis: idest non progrediendo a loco in quo sunt sed in ipsomet loco. ⁊ hoc probabat tali ratione: omne illud quod per aliquod tempus secundum totum ⁊ partes est in vno ⁊ in eodem loco quiescit sed omnia huiusmodi sunt in eodem loco ⁊ ipsa ⁊ partes eorum secundum aliquod tempus etiam dum ponūtur moueri: ergo sequitur ꝙ simul moueantur ⁊ quiescant: quod est impossibile. Huic autem rationi obuiat philosophus dupliciter. Primo quantum ad hoc ꝙ dixerat partes spere mote esse in eodem loco per aliquod tempus contra quod Aristo. dicit ꝙ partes spere mote in nullo tempore sunt in eodem loco. zeno enim accipiebat locum totius. ⁊ verum est quod dū spera mouetur nulla pars erit extra locum totius spere. Sed Aristo. loquitur de proprio loco partis secundūꝫ quod pars potest habere locum. Dictum est enim in quinto ꝙ partes continui sunt in loco in potentia manifestum est autem in motu sperico ꝙ pars mutat proprium locum sed non locum totius: qꝛ vbi fuit vna pars succedit alia pars. Secundo obuiat ad predictam zenonis rationem quantum ad hoc quod dicit quod totum manet in eodem loco per tempus contra quod Aristo. dicit quod etiam mo-

Lec.7.

tius semper mutatur in aliū locū quod sic p3. Ad hoc eni3 q3 sint duo loca diuersa: nō oportet quod vnus illorū locorum sit totaliter extra aliu3: sed qnq3 quidem secūdus locus est partim cōiunctus p'rio loco: & partim ab eo diuisus: vt pōt in his cōsiderari que mouentur motu recto. si eni3 aliqd cubitale corpus moueatur de .a.b. loco in .b.c. locū: quorū vterq3 locus sit cubitalis dū mouetur ab vno loco in aliu3 oz q3 partim deserat vnum & subintret aliud sicut si deserat de loco .a.b. q̄tum est .a.d. subintrabit in locū .b.e. quantū est .b.e. manifestū est ergo q3 locus .d.e. ē alius a loco .a.b. nō tamen totaliter ab eo se iunctus: sed parti. Si aute3 daretur q3 illa pars mobilis que subitrat in secundū locū regrederetur in partē loci quā mobile deserit essent duo loca. & tamen in nullo ab inuicem separata sed solu3 differrent fm rōnem: fm q3 principiu3 loci in diuersis signis acciperet: vbi .s. est principiū mobilis .i. aliquod signu3 quod in mobili accipitur vt principiu3 & sic erunt duo loca fm rōnem: sed vnus locus fm subiectu3. & sic intelligendu3 est q3 hic dicit q3 nō est eadē circulatio s3 q3 accipitur incipiens ab .a. & vt incipiens a.b. & vt incipiens .a.c. vel a quocū3 alio signo: nisi forte dicatur eadem circulatio subiecto sicut musicus homo & hō: q: vnum accidit alteri. vnu3 manifestū est q3 semper de vno circulari loco mouetur in alteru3: & nō quiescit vt zeno probare nitebatur. & eodem mō se h3 & in spera & in omnibus aliis que infra locū ꝓpriū mouentur: sicut rota & colūna vel quicquid aliud huiusmodi.



Co.86.

O Stensis autem his dicimus quod impartibile non contingit moueri nisi secundum accidens: ut in corpore moto aut magnitudine in qua: sicut vtique erit quod in naui mouetur a nauis motu: aut pars totius motu. Impartibile autem dico: quod ē secundum quantitatem indiuisibile. Et nāq3 partium motus alii sunt secundum quod partium & secundum quod totius motus. Videbit autem in spera aliquis maxime differentiam. Non enim eadem erit velocitas eorum que iuxta centrum sunt & que extra. & que totius: sicut non vnius existēte motu. Sicut igitur dicebam. sic quidem contingit moueri impartibile: sicut in naui sedens naue eunte: per se autem non contingit.

Lectio .xi.

P Ostquam Philosophꝰ soluit rōnes zenonis improbantis motu3: hic intendit ostendere q3 ipartibile nō mouetur per quod destruitur opinio democriti ponentis athomos per se mobiles. Et circa hoc duo facit. p'rio ꝓponit intentiōem. 2o pbat propositu3 ibi. (Mutetur enim ex .a.b. i. b.c.) Dicit ergo p'rio q3 suppositis his que supra ostensa sunt. Dicendu3 est q3 ipartibile nō pōt moueri: nisi forte per accidens sicut pūctu3 mouetur in toto corpore vel quacū3 alia magnitudine in qua est punctu3 .s. linea vel superficie moueri aute3 ad motu3 alterius cōtingit dupliciter. vno modo quando id quod mouetur ad motu3 alterius nō est aliqua pars eius sicut illud qd̄ est in naui mouetur ad motu3 nauis: & albedo etiam mouetur ad motum corporis cu3 nō sit pars eius. Alio mō sicut pars mouetur ad motu3 totius. Et q: impartibile dicitur multipliciter sicut & partibile. ostendit quō accipiat hic ipartibile & dicit q3 ipartibile hic dicitur illud quod est indiuisibile fm q̄titatem. dicitur enim & aliquid ipartibile scd̄3 speciem sicut si dicamus ignem ipartibile3 aut aere3: q: nō pōt resolui in plura corpora specie diuersa. Sed tale ipartibile nihil ꝓhibet moueri. Intendit ergo excludere motu3 ab impartibili fm q̄titate3 & dixerat q3 pars mouetur ad motu3 totius. & aliquis posset dicere q3 pars nullo modo mouetur subiungit q3 sunt aliqui motus partium in quantū sunt partes qui sunt diuersi a motu totius inq̄tu3 est motus totius: & hanc differentia3 aliquis maxime pōt cōsiderare in motu sperico: q: nō est eadē velocitas partium que mouentur circa cētrum & partium (que sunt extra) .i. versus superficiē exteriorem spere. & que est etia3 velocitas totius: ac si motus iste nō sit vnius sed diuersorum. manifestū est eni3 q3 velocius est q3 in equali tempore pertransit maiore3 magnitudinem. du3 āt spera mouetur manifestū est q3 maiorem circulū pertransit pars exterior spere q̄3 pars inferior. vnde maior est velocitas partis exterioris q̄3 interioris: tamen velocitas totius est eadem cū velocitate interioris & exterioris partis. Ista āt diuersitas motuū intelligenda est fm q3 partibus continui cōuenit moueri .s. in potentia. vnde actu est vnꝰ motus totius & partiū: sed potentia sunt diuersi motus partiu3 & ad inuicē & a motu totius: & cū dicitur pars moueri per accidens ad motu3 totius: est tale per accidens qd̄ est in potentia per se. qd̄ nō est de motu per accidens s3 q3 dicuntur accidentia vel forme per accidens moueri. Posita igitur distinctiōe eius quod mouetur explicat sua3 intentiōem: & dicit q3 id qd̄ est impartibile fm quantitatem pōt moueri quidē ad motū corporis per accidens nō tanqua3 pars: q: nulla magnitudo cōponitur ex indiuisibilibus vt ostensu3 est: sed sicut mouetur ad motum alterius qd̄ nō est pars eius: sicut sedens in naui mouetur ad motum nauis: sed per se nō cōtingit impartibile moueri. hoc autem idem supra probauit nō ex principali intentione: sed incidenter. vnde preter rationem suprapositam hic magis explicat veritatem & rationes addit efficaces ad propositum ostendendum.

Lec.1.

Lec.5.


Deinde cum dicit.

M Utetur enim ex .a.b. in .b.c. siue ex magnitudine in magnitudinem: siue ex specie in speciem: siue secundum contradictionē. Tēpus autem sit in quo primo mutatur .c.d. Ergo necesse est ipsum secundum quod mutatur tempus: aut in .a.b. esse: aut in .b.c. aut aliquid quidem huius in hoc: aliud vero in altero. Omne enim quod mutatur: sic se habuit. In vtroq3 quidem igitur non erit aliquid ipsius. partibile enim vtiq3 esset. At vero neq3 in .b.c. mutatum enim erit. Concessum est autem mutari. Relinquitur igitur ipsum in .a.b. esse secundu3 quod mutatur tempus: quiescet ergo. In eodem enim esse per tempus quodā

Co.87.

quieſcere eſt. Quare non contingit impartibi
le moueri neqꝫ omnino mutari. Solum enim
Co.88.
ſic eſſet ipſius motus: ſi tempus eſſet ex ipſis
nunc. Semper enim in ipſo nunc eſt motum
eſſe ⁊ mutatum. Quare moueri quidem ne
quaquam eſt: motum autem eſſe ſemper. Hoc
autem quod impoſſibile ſit: oſtenſum eſt. Ne
qꝫ enim ex ipſis nunc tempus: neque linea ex
ipſis punctis: neque motus ex momentis ē.
Nihil enim aliud facit hoc dicens: aut motū
ex indiuiſibilibus: ſicut ſi tēpus ex ipſis nunc
aut magnitudinem ex punctis.

C Demonſtratio ꝙ impoſſibile eſt īpartibile per ſe mo
ueri.



C Probat propoſitum tribus rationibus. Quarum pri
ma talis eſt ſi ponatur quod impartibile mouetur: mo/
ueatur ex. a. b. in. b. c. nec differt quantum ad hanc rōnē
vtrum iſta duo ſcilicet a. b. ⁊. b. c. ſint due magnitudines
ſiue duo loca vt in motu locali ⁊ augmenti ⁊ decrementi
vel due ſpecies idest due qualitates: ſicut in motu alte/
rationis vel ſicut duo contradictorie oppoſita vt in ge/
neratione ⁊ corruptione. ⁊ ſit tempus. e. d. in quo aliquid
mutatur de vno termino in alterum primo idest nō rōne
partis. In hoc ergo tempore neceſſe eſt ꝙ id quod mu/
tatur aut ſit in. a. b. ſcilicet in termino a quo. aut in. b. c. id
eſt in termino ad quē: aut aliquid eius eſt in vno termi
no: alia vero pars eius eſt in altero omne enim quod mu
tatur oportet ꝙ aliquo horum trium modorum ſe habe
Lec.ii.
at: ſicut ſupra dictum eſt. Nō autem pōt dari tertiū mē/
brum. ſ. ꝙ ſit in vtroqꝫ ſecundum diuerſas partes ſui: qꝛ
ſic ſequeretur ꝙ eſſet partibile. ⁊ poſitum erat ꝙ eſſet ī/
partibile: ſed ſimiliter non poteſt dari ſecundū membrū
ſcilicet ꝙ ſit in. b. c. i. in termino ad quem quia quando ē
in termino ad quem tunc iam eſt mutatum vt ex ſuperio
Lec.7.
ribus patet. ponebatur tamen ꝙ in hoc tempore mutare
tur. Relinquitur ergo ꝙ in hoc toto tempore in quo mu
tatur indiuiſibile ſit in. a. b. ⁊ in termino a quo. ex quo ſe
quitur ꝙ quieſcat nihil enim eſt aliud quieſcere q̄ꝫ ꝙ ali
quid ſit in vno ⁊ eodem per totum aliquod tempus. cū
enim in quolibet tempore ſit prius ⁊ poſterius. ſi tēpus
eſt diuiſibile quicquid per aliquod tempus eſt in vno et
eodem ſimiliter ſe habet nunc ⁊ prius quod eſt quieſce/
re: ſed hoc eſt impoſſibile ꝙ aliquid dum mutatur quie
ſcit. Relinquitur ergo ꝙ non contingat impartibile mo
ueri neque aliquo modo mutari. hoc enī ſolo modo poſ
ſet motus aliquis eſſe rei indiuiſibilis. ſi tempus compo
neretur ex ipſis nunc: quia in nunc eſt ſemper motum eſ/
ſe vel mutatum: ⁊ quia quod motum eſt inquantumhu
iuſmodi non mouetur. ſequitur quod in nunc nihil mo
uetur ſed ſit motum. ſic igitur poſſet pōt indiuiſibile mo
ueri in aliquo tempore ſi tempus ex ipſis nunc compone
retur: quia poſſet dari quod in quolibet ipſorum nunc
ex quibus componitur tempus eſſet in vno ⁊ in toto tē
Lec.i.
pore: ſed in omnibus nunc eſſet in multis. ⁊ ſic in toto
tempore moueretur: non autem in aliquo nunc: ſed ꝙ
hoc ſit impoſſibile: ſcilicet tempus componi ex ipſis nūc
oſtenſum eſt prius. Oſtenſum eſt enim ſupra quod neqꝫ
tempus componitur ex ipſis nunc: neque linea ex ipſis
punctis: neqꝫ motus componitur ex momentis: vt per
momentum intelligamus hoc quod eſt mutatum eſſe.
qui enī hoc dicit ꝙ indiuiſibile mouetur: aut ꝙ motus
componatur ex indiuiſibilibus. nihil aliud facit q̄ꝫ ꝙ tem
pus componatur ex nunc: aut magnitudo ex punctis
quod eſt impoſſibile. ergo ⁊ impoſſibile eſt imparti/
bile moueri. Secundam rationem ponit ibi.

Co.89.
Amplius autem ex his manifeſtū: quod
neqꝫ punctum: neque aliud indiuiſibile nullū
contingit moueri. Omne enim quod moue/
tur: impoſſibile eſt prius maius moueri ipſius
quam aut equale aut minus. Si igitur hoc
manifeſtum quia ⁊ punctum minus aut equa
le mouebitur primum. Quoniam autem in
diuiſibile eſt: impoſſibile eſt minus moueri
prius. Equale ergo ipſi. Quare erit linea ex
punctis. ſemper enim pēr equalem motū om
nem lineam punctum menſurabit. Si autem
hoc impoſſibile eſt: ⁊ moueri īdiuiſibile impoſ
ſibile eſt.

C Et dicit ꝙ ex his que ſequuntur poteſt eſſe manife
ſtum ꝙ neque punctum neqꝫ aliquod quodcunqꝫ indiui
ſibile poteſt moueri. ⁊ iſta ratio ſpecialis eſt de mo/
tu locali. omne enim quod mouetur ſecundum locum
impoſſibile eſt quod prius pertranſeat maiorem ma/
gnitudinem ipſo mobili. q̄ꝫ equalem vel minorem: ſed
ſemper mobile prius pertranſit magnitudinem equa/
lem ſibi aut minorem q̄ꝫ maiorem. Si ergo hoc ita ſe/
habet manifeſtum eſt quia ⁊ punctum ſi mouetur prius
pertranſibit aliquid minus ſe aut equale ſibi. q̄ꝫ longitu/
dinem maiorem ſe. ſed impoſſibile eſt quod pertranſe/
at aliquid minus ſe: quia eſt indiuiſibile. Relinquitur
ergo ꝙ pertranſibit equale ſibi. ⁊ ita oportet ꝙ numeret
omnia puncta que ſunt in linea: qꝛ ſemper punctum cum
moueatur motu equali linee propter hoc quod mouetur
per totam lineam: ſequitur ꝙ totam lineam menſuret.
hoc autem facit numerando omnia puncta. ſequitur er
go ꝙ linea ſit ex punctis. Si ergo hoc eſt impoſſibile: im
poſſibile eſt quod indiuiſibile moueatur. Tertiam ratio
nē ponit ibi.

Co.90.
Amplius autem ſi omne in tempore mo
uetur in ipſo nunc nihil. omne autem tempus
diuiſibile erit vtiqꝫ aliquod tempus min⁹ quo
libet eorum que mouentur: in quo mouet quā
tum ipſum motum eſt. Hoc quidem enim erit
tempus in quo mouetur: propter id qđ mo
uetur omne in tempore. Tempus autem om
ne diuiſibile oſtenſum eſt prius. Si igitur pun
ctum mouetur: erit aliquod tempus minus in
quo ipſum motum eſt: ſed impoſſibile eſt. In
minori enī neceſſe minus moueri. Quare erit

diuisibile indiuisibile in minus: sicut ⁊ tempus in tempore. solummodo enim mouebitur impartibile ⁊ indiuisibile: si erit in ipso nunc possibile moueri atomo. Eiusdem enim rationis est in ipso nunc moueri: ⁊ indiuiduū aliquod moueri.

lec.5. lec.3.

¶ Que talis est. omne quod mouetur mouetur in tempore: ⁊ nihil mouetur in ipso nunc: vt supra probatum est. Ostensum est autem supra ꝙ omne tempus est diuisibile. ergo in quolibet tempore in quo aliquid mouetur: erit accipere minus tempus in quo mouetur aliquod minus mobile: q2 manifestum est ꝙ supposita eadem velocitate: in minori tempore pertransiet minus mobile aliquod signum datum: quam mobile maius: sicut in minori tempore pars quam totum: vt ex superioribus patet. Si ergo punctum mouetur erit accipere aliquod tempus minus tempore in quo ipsuz mouetur. Sed hoc est impossibile: quia sequeretur ꝙ in illo minori tempore moueretur aliquid minus quam punctum. ⁊ sic indiuisibile esset diuisibile in aliquod minus: sicut tempus diuiditur in tempus hoc enim solo modo posset moueri indiuisibile si esset possibile aliquid moueri in nunc indiuisibili: quia sicut non esset accipere aliquod minus ipso nunc in quo mouetur: ita non oporteret accipere aliquo minus mobili. Et sic patet ꝙ eiusdem rationis est ꝙ fiat motus in nunc ⁊ ꝙ indiuisibile aliquod moueatur. hoc autem est impossibile ꝙ in nunc fiat motus ergo impossibile est ꝙ indiuisibile moueatur.

Co.91.

Mutatio autem non est neqȝ vna infinita. Omnis enim erat ex quoddam in quiddam: ⁊ que est in contradictione ⁊ in contrariis. Quare eorum que sunt secundum contradictionem affirmatio ⁊ negatio terminus est. vt generationis quidem esse: corruptionis autem non esse. Eorum autem que sunt in contrariis contraria: hec enim vltima sunt mutationis: quare ⁊ alterationis omnis. Ex contrariis enim quibusdam est alteratio. Similiter autem augmenti ⁊ decrementi. Augmenti quidez terminus est: qui est secundum propriam naturam perfecte magnitudinis. Decrementi qui est ab hac remotio.

Lectio.xiii.

Postquam Philosophus ostendit ꝙ impartibile non mouetur: hic intendit ostendere ꝙ nulla mutatio est infinita: quod est contra heraclitum qui posuit omnia moueri semper. ⁊ circa hoc duo facit. primo ostendit ꝙ nulla mutatio est infinita secundum propriam speciez. secundo ostendit quomodo possit esse infinita tempore ibi. (Sed si sic contingit.) Circa primum duo facit. primo ostendit ꝙ mutatio non est infinita secundum speciem in aliis mutationibus preter motum localem. secundo ostendit idem in motu locali ibi. (Loci autem mutatio.) Prima ratio talis est: supra dictum est ꝙ omnis mutatio est ex quodā in quoddam. ⁊ in quibusdam quidem mutationibus que scilicet sunt inter contradictorie opposita vt generatio ⁊ corruptio: vel inter contraria vt alteratio ⁊ augmentum ⁊ decrementum: manifestuz est ꝙ habent prefixos terminos.

5.lec.2.

Unde in his mutationibus que sunt inter contradictorie opposita: terminus ē vel affirmatio vel negatio. sicut terminus generationis est esse: corruptionis vero non esse. Similiter illarum mutationum que sunt inter contraria: ipsa contraria sunt termini ad quos sicut ad quedam vltima mutationes huiusmodi terminantur. Unde sequitur ꝙ cum omnis alteratio sit de contrario in contrarium: ꝙ omnis alteratio habeat aliquem terminum. ⁊ similiter dicendum est in augmento ⁊ decremento: quia terminus augmenti est perfecta magnitudo. ⁊ dico perfectam secundum conditionem proprie nature. Alia enim perfectio magnitudinis competit homini ⁊ equo. terminus autem decrementi est id quod contingit esse in tali natura maxime remotum a perfecta magnitudine: ⁊ sic patet ꝙ quelibet predictarum mutationum habet aliquid vltimum in quod terminatur. Nihil autem tale est infinituz. ergo nulla predictarum mutationum potest esse infinita.

¶ Deinde cum dicit.

Co.92.

Loci autem mutatio sic quidem non erit finita. Non enim omnis in contrariis est sed quoniam impossibile est decisum esse: eo ꝙ non contingit decidi. Multipliciter enim dicitur impossibile: non contingit sic impossibile decidi: neqȝ omnino impossibile factum esse fieri neqȝ mutari: impossibile contingit vtiqȝ mutari: in quod impossibile est mutari. Si ergo quod fertur mutatur in aliquid: ⁊ possibile est mutari: quare non erit infinitus motus. Neqȝ fertur in infinito. Impossibilem est enim transire ipsum. Quod quidem igitur sic non sit infinita mutatio: vt non finiatur terminis: manifestum est.

Co.93.

¶ Procedit ad loci mutationem. ⁊ primo ostendit ꝙ non est similis ratio de loci mutatione ⁊ aliis mutationibus. Non enim potest sic probari ꝙ loci mutatio sit finita sicut probatum est de aliis mutationibus per hoc ꝙ determinantur ad aliqua contraria vel contradictorie opposita: quia non omnis loci mutatio est inter contraria simpliciter. Dicuntur enim contraria que maxime distāt maxima autem distantia simpliciter accipitur quidem in motibus naturalibus grauium ⁊ leuium locus enim ignis a centro terre habet maximam distantiam secundū distantias determinatas talibus corporibus in natura. vnde tales mutationes sunt inter contraria simpliciter. vnde de huiusmodi mutationibus posset ostendi ꝙ non sunt infinite: sicut ⁊ de aliis: sed maxima distantia in motibus violentis: aut voluntariis non accipitur simpliciter secundum aliquos terminos certos: sed secundum propositum aut violentiam mouentis. qui aut non vult: aut non potest ad maiorem distantiam mouere. vnde est ibi secundum quid maxima distantia: ⁊ per consequens contrarietas. non autem simpliciter: ⁊ ideo non poterat ostēdi per terminos ꝙ nulla mutatio localis esset infinita. Unde consequenter hoc ostendit alia ratione. Que talis est illud quod impossibile est esse decisum non contingit decidi: ⁊ quia multipliciter dicitur aliquid impossibile scilicet quod omnino non contingit esse: ⁊ quod non de facili potest esse: ideo interponit de quo impossibili hic intelligit. intelligit enim de eo quod sic est impossibile ꝙ nullo modo contingit esse. ⁊ eadem ratione id qđ est impossibile factū esse impossibile ē

fieri sicut si impossibile est contradictoria esse simul: im/possibile est hoc fieri. ⁊ pari ratione illud quod impossibile est immutatum esse in aliquid impossibile est ꝙ mutetur in illud: quia nihil tendit ad impossibile: sed omne quod mutatur secundum locum mutatur in aliquid. ergo impossibile est per motum peruenire in illud: sed infinitum non potest pertransiri. Non ergo fertur aliquid localiter per infinitum. sic ergo nullus motus localis est infinitus. ⁊ ita vniuersaliter patet ꝙ nulla mutatio potest esse sic infinita vt non termInetur certis terminis a quibus speciem habet.

Deinde cum dicit.

Lo.94. Sed si sic contingit vt tempore sit infinitus idem existens ⁊ vnus considerandū est. Non vno quidem enim facto nihil forte prohibet: vt si post loci mutationem alteratio sit: ⁊ postea alterationem augmentum ⁊ iterum generatio. Sic enim semper quidem erit in tempore motus: sed non vnus: propter id ꝙ non ē vnus ex omnibus: vt autē fiat vnus: non contingit infinitū esse tempore preter vnum: hic autem est circulatio.

Ostendit quomodo motus possit esse infinitus tempore ⁊ dicit ꝙ considerandum est vtrum contingat motum sic esse motum infinitum tempore vt semper maneat vnus ⁊ idem numero. Quia enim motus duret per infinitum tempus non existēte vno ipso motu. nihil prohibet: quod sub dubitatione dicit addens (forte) Quia posterius de hoc inquiret: ⁊ ponit exemplum. sicut si dicamus ꝙ post loci mutationem est alteratio. ⁊ post alterationem ē augmentum: ⁊ post augmentum iterum generatio. ⁊ sic in infinitum. Sic enim semper posset motus durare tempore infinito: sed non esset vnus secundum numerum: quia ex huiusmodi motibus non fit vnum numero: vt in quinto Lec.6. ostensum est: sed ꝙ motus duret tempore infinito: ita ꝙ semper vnus maneat numero: hoc non contingit nisi in vna specie motus. motus enim circularis potest durare Lec.19. vnus ⁊ continuus tempore infinito: vt in. viij. ostendet.

Textus libri septimi physicorum Aristotelis stragyrite.

Omne autem quod mouetur: necesse est ab aliquo moueri. Si quidē igitur in seipso non habet principium motus manifestum ꝙ ab altero mouetur: aliud enim erit mouens. Si autem ī seipso accipiatur. a.b. qđ moueaꝫ secundum se: sed non eo ꝙ corpꝫ quebuius aliquid mouetur: primum quidem igiꝫ opinari. a.b. a seipso moueri propter id quod totum mouetur: ⁊ a nullo exteriorū: simile est: sicut si quis ipso. d.e. mouente. e.z. ⁊ ipso moto opinetur. d.e.z.a. seipso moueri propter id ꝙ non videtur vtrum ab vtro moueaꝫ: ⁊ vtrū d.e. a.b. e.z. aut. e.z. a. d.e.

Diui thome Aquinatis in septimum librum physicorum preclarissima commentaria

Lectio prima.

Postquam Philosophus in precedentibus libris determinauit de motu secundū se ⁊ de consequentibus ad ipsū ⁊ de partibus eius: hic incipit determinare de motu per cōparationē ad motores ⁊ mobilia. Et diuiditur in partes duas. In prima ostendit esse primum motum ⁊ primum motorē. In secunda inquirit qualis sit motus primus ⁊ primus motor: ⁊ hoc in. viij. libro ibi. (Utrum autem motus aliquando ⁊c.) Prima autem pars diuiditur in partes duas. In prima parte ostendit esse primū motum ⁊ primum motorē. ⁊ quia ea que sunt vnius ordinis habent aliquam comparationem ad inuicē. Ideo in secunda parte determinat de comparatione motuum ad inuicem ibi. (Dubitabit autē aliquis ⁊c.) Circa primum tria facit primo premittit quoddā quo indiget ad propositum ostendendum. secundo ostendit propositum ibi. (Quoniam autē omne quod mouetur) Tertio manifestat quoddam quod supposuerat ibi. (Primum autem mouens ⁊c.) Proponit ergo primo ꝙ necesse est omne quod mouetur ab aliquo alio moueri. Quod quidem in aliquibus est manifestum. Sunt enim quedam que non habent in seipsis principium sui motus: sed principium motus ipsorum est ab extrinseco: sicut in his que per violentiam mouentur. Si ergo aliquid sit quod non habeat in seipso principium sui motus: sed principium sui motus est ab extrinseco: manifestum est ꝙ ab alio mouetur. Si vero sit aliquod mobile quod habeat in seipso principium sui motus. Circa hoc potest esse dubium an ab alio moueatur. Et ideo circa hoc insistit ad ostendendū ꝙ ab alio mouetur. Si ergo aliquid tale ponatur non moueri ab alio: accipiatur mobile. a.b. cui quidem moueri conueniat secundum se ⁊ primo: non autem ex eo ꝙ aliqua pars eius mouetur: sic enim non mouetur secundum se sed secundum partem. oportet autem si aliquid mouet seipsum non motum ab altero: quod sit primo ⁊ per se motum. sicut si aliquid est calidum non ab alio: oportet ꝙ sit primo ⁊ per se calidum. Hoc ergo dato procedit ad propositum ostendendum dupliciter. Primo quidem excludendo illud vnde maxime videri posset ꝙ aliquid non ab alio moueatur: secundo directe ostendendo quod nihil potest a seipso moueri ibi. (Amplius autem quod a seipso mouetur ⁊c.) Id autē ex quo maxime videtur ꝙ aliquid non moueatur ab alio est: quia non mouetur ab aliquo exteriori: sed ab ipso interiori principio. dicit ergo primo ꝙ opinari ꝙ. a.b. moueatur a seipso propter hoc ꝙ totum mouetur ⁊ non mouetur ab aliquo exteriori: simile est ac si aliquis diceret ꝙ mobile cuius vna pars mouetur ⁊ alia mouet: moueat seipsū propter hoc ꝙ non discernitur que pars sit mouens: ⁊ que sit mota. sicut si huiusmodi mobilis quod est. d.e.z. pars que est. d.e. moueat partem que est. e.z. ⁊ non videatur que pars earum sit mouens ⁊ que sit mota. vult autem per primū mobile. a.b. quod totum mouetur: ⁊ a principio interiori mouente: intelligi aliquod corpus animatum quod totum mouetur ab anima per mobile autem. d.e.z. vult intelligi corpus aliquod quod non totum mouetur: sed vna pars eius corporalis est mouens ⁊ alia mota. in quo quidē mobili manifestū ē ꝙ id quod moueꝫ ab alio moueꝫ

⁊ ex hoc vult simile ostendere de corpore animato quod videtur mouere seipsum. hoc enim et conuenit inquantum vna pars aliam mouet scilicet anima corpus: vt in. viii. plenius ostendetur.

Le. io.

¶ Deinde cum dicit.

Co. ii

Amplius quod a seipso mouetur: nullo modo pausabit cum mouetur: in stando aliquid alterum quod mouetur. Necesse est ergo si aliquid pausat, quod mouetur in stando aliquid alterum: hoc ab altero moueri. Hoc autem manifesto facto necesse est omne quod mouetur cum diuisibile sit moueri ab aliquo. Quoniam enim acceptum est. a. b. quod mouetur: diuisibile erit. Diuidatur igitur in. c. Necesse igitur. b. c. quiescente quiescere: ⁊. a. b. Si enim non accipiatur moueri. b. c. igitur quiescente mouebitur vtique. a. c. Non ergo mouetur per se. a. b. sed concessum est per seipsum moueri primum. Manifestum igitur ꝙ. b. c. quiescente quiescet. ⁊. a. b. ⁊ tunc pausabit quod mouetur. Sed si aliquid in quiescendo aliud stat ⁊ pausat moueri: hoc ab altero mouetur. Manifestum est igitur omne quod mouetur ab aliquo mouetur ⁊ non a se. Diuisibile enim est omne quod mouetur: ⁊ parte quiescente quiescet totum.

¶ Ostendit directe ꝙ omne quod mouetur ab alio mouetur tali ratione. omne quod mouetur a seipso non quiescit a suo motu per quietem cuiuscunque alterius mobilis. ⁊ hoc accipit quasi per se motum. Ex hoc autem vlterius concludit ꝙ si aliquod mobile quiescit ad quietem alterius ꝙ hoc mouetur ab altero. hoc autem supposito concludit ꝙ necesse est omne quod mouetur ab aliquo alio moueri. ⁊ ꝙ hoc sequatur ex premissis: sic probat illud mobile quod supposuimus a seipso moueri. scilicet. a. b. oportet diuisibile esse: quia omne quod mouetur est diuisibile vt supra probatum est. ⁊ quia diuisibile. est nullum inconueniens sequitur si diuidatur. Diuidatur ergo in puncto. c. ita ꝙ vna pars eius sit. b. c. ⁊ alia. a. c. si ergo. b. c. est pars eius quod est. a. b. necesse est ꝙ quiescente. b. c. parte quiescat totum. a. b. si ergo non quiescat totum quiescente parte. Accipiatur ꝙ totum moueatur: ⁊ vna pars quiescat: sed quia vna pars ponitur quiescere non poterit poni totum moueri nisi ratione alterius partis. Sic ergo. b. c. quiescente quod est vna pars mouetur. a. c. quod est alia pars sed nullum totum cuius vna sola pars mouetur: mouetur primo ⁊ per se. Non ergo mouebitur. a. b. primo ⁊ per se: quod erat suppositum ergo oportet ꝙ. b. c. quiescente quiescat totum. a. b. ⁊ sic illud quod mouetur pausabit. idest desinit moueri ad quietem alterius. Sed supra habitum est ꝙ si aliquid quiescit ⁊ desinit moueri ad quietem alterius: hoc ab altero mouetur. ergo. a. b. ab altero mouetur ⁊ eadem ratio est de quolibet alio mobili: quia omne quod mouetur est diuisibile. ⁊ eadem ratione oportet ꝙ quiescente parte quiescat totum. manifestum est ergo ꝙ omne quod mouetur ab aliquo alio mouetur. Contra istam autem Aristote. probationem multipliciter obiicitur. Obiicit enim galienus contra hoc quod dicit Aristot. ꝙ si vna tantum pars eius mobilis moueatur ⁊ reliqua quiescat: ꝙ totum non per se mouetur: dicens hoc esse falsum: quia ea que mouentur secundum partem per se mouentur. Sed deceptus est galienus ex equiuocatione eius quod est per se. per se enim quandoque sumitur secundum ꝙ opponitur ei tantum

6. le. 5.

obiectio galieni

Improbatio

quod est per accidens. ⁊ sic quod mouetur secundum partem: mouetur per se: vt galienus intellexit. Quandoque vero sumitur secundum ꝙ opponitur: simul ei quod est per accidens: ⁊ et quod est secundum partem: ⁊ hoc dicitur non solum per se sed etiam primo. ⁊ sic accepit per se Aristote. hic: quod patet quia cum conclusisset (non ergo mouetur per se. a. b.) subiungit. (Sed concessum est ꝙ per seipsum moueri primum.) Sed magis vrget obiectio Auicenne qui obiicit contra hanc rationem dicens eam procedere ex suppositione impossibilis: ex quo sequitur impossibile: ⁊ non ex eo ꝙ ponitur aliquid a seipso moueri. Si enim ponamus aliquod mobile a seipso moueri primo ⁊ per se: naturale est ei ꝙ moueatur ⁊ secundum totum ⁊ secundum partes: Si ergo ponatur ꝙ aliqua pars eius quiescat: erit positio impossibilis. ⁊ ex hac positione sequitur impossibile: ad quod Aristote. inducit scilicet ꝙ totum moueatur non primo ⁊ per se vt positum est. Huic autem obiectioni posset aliquis obuiare dicendo ꝙ licet impossibile sit partem quiescere secundum determinatam naturam inquantum est corpus talis speciei: vt puta celum vel ignis: non est tamen impossibile si ratio communis corporis consideretur: quia corpus inquantum corpus non prohibetur quiescere vel moueri. Sed hanc responsionem excludit Auicenna dupliciter. primo quidem quia pari ratione posset dici de toto corpore quod non prohibetur quiescere ex hoc ꝙ corpus est: sicut dicitur de parte. ⁊ ita superfluum fuit assumere ad probationem propositi diuisionem mobilis ⁊ quietem partis. secundo quia aliqua propositio simpliciter redditur impossibilis: si predicatum repugnet subiecto ratione differentie specifice: quamuis non repugnet ei ratione generis est enim impossibile ꝙ homo sit irrationalis: quamuis non impediatur irrationalem esse ex hoc ꝙ est animal. Sic igitur simpliciter impossibile est ꝙ pars corporis mouentis seipsum quiescat: quia hoc est contra rationes talis corporis: licet non sit contra rationem communem corporis. Hac igitur responsione remota Auerrois aliter soluit: ⁊ dicit ꝙ aliqua conditionalis potest esse vera cuius antecedens est impossibile ⁊ consequens impossibile: sicut ista: si homo est asinus est animal irrationale. concedendum est ergo ꝙ impossibile est ꝙ si aliquod mobile ponitur mouere seipsum: ꝙ vel totum vel pars eius quiescat. sicut impossibile est ignem non esse calidum: propter hoc quod est sibi ipsi causa caloris: vnde hec conditionalis est vera: si mobilis mouentis seipsum pars quiescit totum quiescit Aristoteles autem si verba eius diligenter considerentur nunquam vtitur quiete partis nisi per locutionem habentem vim conditionalis propositionis. Non enim dicit quiescat. b. c. (Sed necesse est. b. c. quiescente: quiescere ⁊. a. b.) Et iterum (quiescente parte quiescit totum) Et ex hac conditionali vera Aristote. propositum demonstrat. Sed dicit. Auerrois ꝙ ista demonstratio non est de genere demonstrationum simpliciter sed de genere demonstrationum: que dicuntur demonstrationes signi vel demonstrationes quia: in quibus est vsus talium conditionalium. Est autem hec solutio conueniens quantum ad hoc quod dicit de veritate conditionalis. Sed videtur dicendum ꝙ non sit demonstratio quia: sed propter quid. Continet enim causam: quare impossibile est aliquod mobile mouere seipsum. Ad cuius euidentiam sciendum est ꝙ aliquid mouere seipsum nihil aliud est quam esse sibi causa motus: quod autem est sibi causa alicuius oportet ꝙ primo ei conueniat: quia quod est primum in quolibet genere est causa eorum que sunt post. Unde ignis qui sibi ⁊ aliis est causa caloris est primum calidum. Ostendit autem Aristote. in sexto ꝙ in motu non inuenitur primum: neque ex parte temporis: neque ex parte magnitudinis: neque etiam ex parte mobilis propter horum diuisibilitatem. Non ergo potest inueniri primum cuius motus non dependeat ab aliquo priori. Motus enim totius dependet a motibus partium: ⁊ diuiditur in eos vt in. vi. probatum est. Sic ergo ostendit Aristote. causam quare nullum mobile mouet seipsum. quia non potest esse primum mobile cuius motus non dependeat

Obiectio Auicenne

Alia solutio

Opinio Auerrois

Improbatio opinionis Auerrois

Lec. 7.

Lec. 6.

a partibus: sicut si ostenderem ꝙ nullum diuisibile pōt eē primū3 ens: quia esse cuiuslibet diuisibilis dependet a partibus: ⁊ sic hec conditionalis sit vera si pars non mo/uetur: totū non mouetur: sicut hec conditionalis ē vera: si pars non est: totum non est. Unde ⁊ platonici qui posue runt aliqua mouere seipsa: dixerunt ꝙ nullum corporeū aut diuisibile mouet seipsum: sed mouere seipsum est tā tummodo substantie spiritualis: que intelligit seipsam ⁊ amat seipsam. Uniuersaliter omnes operationes motus appellando: quia ⁊ huiusmodi operationes. scilicet senti re ⁊ intelligerere etia3 Aristote. in tertio de anima nomi nat motum: secundum ꝙ motus est actus perfecti. Sed hic loquitur de motu secundum ꝙ est actus imperfecti. idest existentis in potentia: secundum quem motum indi uisibile non mouetur: vt in. vi. probatu3 est: ⁊ hic assumi tur. ⁊ sic patet. ꝙ Aristote. ponens omne quod mouetur ab alio moueri a platone qui posuit aliquid mouere seip sum: non dissentit in sententia: sed solum in verbis.

Lec. 12. Lec. 3.

Co. 3.

q Quoniam autem omne quod mo/uetur: ab aliquo mouetur: necesse est ⁊ quod mouetur omne in loco mo ueri ab altero. Et mouēs igitur ab altero quo niam ⁊ ipsum mouetur ⁊ uerum hoc ab alte/ro. Non autem in infinitum abibit: sed stabit alicubi: ⁊ erit aliqd quod primo causa erit mo tus.

Lectio secunda.

p Ostquam ostēdit Philosophus ꝙ omne quod mo/uetur: mouetur ab alio, Hic accedit ad pri cipale propositum ostendendū scilicet ꝙ sit primus motus ⁊ prius motor: ⁊ circa hoc duo facit. Primo proponit quod intendit. Secundo pro/bat propositum ibi. (Si enim non in infinitum procede/ret ⁊c.) Dicit ergo primo ꝙ cum ostensum sit vniuersali ter ꝙ omne quod mouetur ab aliquo alio mouetur: neces se est hoc etiam verum esse in motu locali. scilicet vt om ne quod mouetur in loco ab altero moueatur. Applicat aute3 specialiter ad motum localem quod supra vniuer/saliter demonstratum est: quia motus localis est primus motuum: vt in. viii. ostendetur. ⁊ ideo secundum hunc motum procedit hic ad demonstrandum primum moto rem. accipiatur igitur aliquid quod mouetur secundu3 lo cum: hoc mouetur ab altero: aut ergo illud alterum mo/uetur aut non: si non mouetur habetur propositum scilice3 ꝙ aliquid sit mouens immobile: quod est proprietas pri mi mouentis: si autem ⁊ ipsum mouens mouetur: opor tet ꝙ moueatur ab altero mouente: ⁊ hoc iteru3 mouens si ⁊ ipsum mouetur: mouetur ab altero: sed hoc non po/test procedere in infinitu3: sed oportet in aliquo stare. erit ergo aliquod primum mouens quod erit prīa causa mo tus: ita scilicet ꝙ ipsum non mouetur: sed mouet alia.

Lec. 14.

Deinde cum dicit.

Si enim non est: sed in infinitum procedet: sit. a. quidem quod ab ipso. b. moueatur. b. ve ro ab ipso. c. c. aute3 ab ipso. d. ⁊ hoc igitur mo do in infinitum ascendat. Quonia3 ergo simul mouens ⁊ ipsum quod mouetur: manifestum est quoniam simul mouetur ⁊. a. ⁊. b. quoniam autem omne quod mouetur: ab alio mouetur: necesse est. a. ⁊. b. Cum enim mouetur. b. moue bitur. a. ⁊ cum mouetur. a. ⁊ ipsum. c. ⁊ cū. c. ip sum. d. Erit igitur simul motus qui est. a. ⁊. b. ⁊ reliquorum vniuscuiusq3. Et accipere igit̄ vnumquodq3 istorū poterimus. Et nanq3 si


Co. 4.

vnumquodq3 ab vno quoq3 mouetur: nihil minus vnus numero vniuscuiusq3 motus ⁊ non infiniti in vltimis. Quoniam quidem qd̄ moueatur omne ex quoddam in quiddam mo uetur. Aut. n. numero accidit eundem esse mo tum aut genere aut specie. Nu mero quid igi tur dico eundem motum: qui ex eodem: in idē numero: ⁊ in tempore eodem fit: vt ex hoc al bo quod est vnum numero in hoc nigrum se cundum hoc tempus quod est vnum numero. Si enim secundum aliud nō adhuc vnus erit numero sed specie. Genere aute3 motus vn⁹ est: qui in eodem predicamento substantie vel alterius generis est. Specie autem qui ex ea dem specie in idem specie: vt ex albo in nigru3 aut ex bono in malum. Hec autem dicta sunt ⁊ in prioribus. Accipiatur igitur qui est mot⁹ ipsius. a. ⁊ sit in quo est. e. ⁊ qui est ipsius. b. sit in quo. 3. ⁊ qui est. c. d. in quo. i. t. Et tempus in quo moueatur. a. sit. R. Determinato autem motu ipsius. a. determinatum erit ⁊ tempus ⁊ non infinitum quod est. R. Sed in eodem tem pore motum est. a. b. ⁊ reliquoru3 vnumquod q3. Accidit ergo motum qui est. e. 3. i. t. cum sit infinitus in tempore finito moueri quod ē. R. In quo enim. a. motum est: ⁊ que sunt ipsius consequenter omnia mota sunt infinita. Qua re in eodē mouetur. Et nanq3 aut equalis mo tus erit qui est ipsius. a. ipsi qui. b. aut maior. Differt autem nihil: penitus enim infinitum motum infinito tempore accidit moueri. Hoc autem impossibile est.

Co. 5.

co. 6.

Demonstratio ostendens ꝙ non proceditur in infini/tum in mouentibus ⁊ motis.



Probat quod supposuerat: ⁊ circa hoc tria facit. prio inducit probatione3. secundo ostendit probatione3 esse in sufficiente3 ibi. (Sic quide3 igitur videtur ⁊c.) Tertio supplet quodda3 per quod ratio fortificatur ibi. (Sed si quod mouetur.) Dicit ergo prio ꝙ si hoc non cōcedatur ꝙ sit aliqua prima causa motus: cum omne quod mo uetur ab alio moueatur: sequitur ꝙ procedatur in infinitum in mouentibus ⁊ motis. ⁊ hoc ostendit esse im

poſſibile. Sit enim .a. quoddam quod mouetur ſecundū locum: ⁊ moueatur ab ipſo .b. b. vero .a. c. c. vero .a. d. ⁊ ſic procedatur in infinitum aſcendendo. Manifeſtum eſt autem ꝙ cum aliquid mouet ex eo quod mouetur: ſimul mouetur mouens ⁊ ipſum mobile: ſicut ſi manus ſuo motu mouet baculum: ſimul mouetur manus ⁊ baculus ſic ergo ſimul mouetur .b. quando mouetur .a. ⁊ eadẽ ratione quando mouetur .b. ſimul mouetur .c. ⁊ cum mouetur .c. ſimul mouetur .d. ſic ergo ſimul ⁊ in eodem tempore eſt motus ipſius .a. ⁊ omnium aliorum: ⁊ poterit ſeorſum accipi motus vniuſcuiuſqȝ horum infinitorum. ⁊ ꝙ ſuis vnumquodqȝ horum mobilium moueatur ab vnoqȝ moūentium non ita ꝙ vnum ab omnibus: ſed ſingula a ſingulis: nihilominus tamen licet ſint infinita mouentia ⁊ mobilia: tamen vniuſcuiuſqȝ mobilium motus eſt vnꝰ numero. ⁊ licet omnes motus ſint infiniti numero: non tamen ſunt infiniti in vltimis. id eſt per priuationem vltiorum: ſed vniuſcuiuſqȝ motus eſt finitus habens determinata vltima. ⁊ ꝙ vniuſcuiuſqȝ infinitorum mobilium motus ſit vnus numero: ⁊ finitus probat: quia cum omne quod mouetur moueatur inter duos terminos ex quo-dam ſcilicet in quidam: neceſſe eſt ꝙ ſecundum diuerſū modum identitatis terminorum: etiam ipſe motus ſit diuerſimode vnus ſcilicet aut numero aut ſpecie aut genere. Numero quidem eſt idem motus qui eſt ex eodem termino a quo in idem numero ſicut in terminū ad quē ita tamen ꝙ ſit etiam in eodem numero tempore: ⁊ cum hoc oportet ꝙ ſit eiuſdem mobilis numero. ⁊ ad exponē-dum quod dixerat: ſubiungit ꝙ motus numero vnus eſt ex eodem in idem: ſicut ex hoc albo quod ſignificat vnū numero: in hoc nigrum quod etiam nominat aliquid idē numero: ⁊ ſecundum hoc tempus determinatum: quod etiam eſt vnum numero: quia ſi eſſet motus ſecundum aliud tempus licet equale non eſſet numero vnus: ſed ſpecie tantū ſed motus eſt vnus genere qui eſt in eodem predicamento vel ſubiecto vel cuiuſcunqȝ alterꝰ generis: ſicut omnis generatio ſubiecti eſt eadem genere: ⁊ omnis alteratio ſimiliter. Sed motus eſt ſpecie vnus qui eſt ex eodem ſecundum ſpeciem: in idem ſecundum ſpeciem: ſicut omnis denigratio que eſt ex albo in nigrū eſt eadem ſpecie: ⁊ omnis deprauatio que ē ex bono i malū ⁊ hec etiam in quinto dicta ſunt. His igitur duobus ſuppoſitis ſcilicet ꝙ ſimul mouetur ⁊ mouens ⁊ motum: ⁊ ꝙ poteſt accipi motus vniuſcuiuſqȝ mobilium tanquam finitus: ⁊ vnus accipiatur motus huius mobilis quod ē .a. ⁊ ſit .e. ⁊ motus ipſius .b. ſit .ȝ. ⁊ motus .c. d. ⁊ omniū conſequentium ſit .i. t. tempus autem in quo mouetur .a. ſit .r. Sed quia motus ipſius .a. eſt determinatus. id eſt finitus: etiā tempus in quo eſt iſte motus ſcilicet .r. eſt determinatum ⁊ non infinitum: quia ſicut in .vj. oſtenſum ē finitum ⁊ infinitum ſimul inuenitur in tempore ⁊ motu. Ex dictis autem patet ꝙ in eodem tempore in quo mouetur .a. moueatur ⁊ .b. ⁊ omnia alia: ergo motus omniū qui eſt .e. ȝ. i. t. eſt in tempore finito. ſed iſte motus eſt infinitus: cum ſit infinitorum: ergo ſequetur ꝙ motus infinitus ſit in tempore finito: quod eſt impoſſibile. hoc autem ideo ſequitur quia in quo tēpore mouetur .a. mouentur omnia alia que ſunt infinita numero: nec differt quantum ad propoſitum partium: vtrum motus omnium mobilium ſit equalis velocitatis: aut inferiora mobilia tardius moueantur ⁊ in maiori tempore: quia omnino ſequetur ꝙ motus infinitus ſit in tempore finito: quia vnumquodqȝ mobilium neceſſe eſt ꝙ habeat velocitatem ⁊ tarditatem finitam. hoc autem eſt impoſſibile ſcilicet motum infinitum eſſe in tempore finito: ergo ⁊ primum eſſe impoſſibile ſcilicet ꝙ procedatur in mobilibus ⁊ mouentibus in infinitum.

Lec.6. — lec.9.

¶ Deinde cum dicit.

Lc.7.

Sic quidem igitur videtur demonſtrari: quod eſt a principio: non tamen demōſtratur: propter hoc ꝙ nullum inconueniens accidit. Contingit enim in finito tēpore infinitum motum eſſe: non eundem autem: ſed alterum ⁊ alterum multis ⁊ infinitis motis: quod quidem accidit ⁊ in his que nunc.

¶ Oſtendit ꝙ precedens ratio non efficaciter concludit ⁊ dicit ꝙ predicto modo poteſt demōſtrari principale propoſitum ſcilicet ꝙ non in infinitum procedatur in mouentibus ⁊ motis. Non tamen efficaciter demōſtratur: quia nullum inconueniens accidit ex premiſſis. contingens eſt enim ⁊ poſſibile: ꝙ in tempore finito ſit motus infinitus: ita tamen ꝙ non ſit vnus ⁊ idem ſed alius: ⁊ alius: ī quantum ſcilicet infinita ſunt que mouentur. Nihil enim prohibet infinita in tempore finito moueri ſimul. ⁊ hoc concludebat ratio predicta. erant enim mobilia infinita diuerſa: ⁊ ſic motus eorum erant diuerſi quia ad vnitatem motus non ſolum requiritur vnitas temporis ⁊ termini ſed etiam vnitas mobilis. vt in .v. dictum eſt.

lec.6.

¶ Deinde cum dicit.

Lc.8.

Sed ſi quod mouetur primo ſecundum locum ⁊ corporalem motum: neceſſe ē tangi: aut continuum eſſe mouēti: ſicut videtur hoc ī omnibus contingere: erit enim ex omnibus vnū ipſum totum aut continuum: hoc igitur contingens accipiatur. ⁊ ſit magnitudo quidē: aut cōtinuum in quo ſunt .a. b. c. d. Huius autem motus eſt .e. ȝ. i. t. Differt autem nihil magnitudinem finitam aut infinitam eſſe: ſimiliter enim ī finito tempore quod eſt .R. mouebitur aut finita aut infinita. Horum autem ſecundum vtrū qȝ impoſſibile eſt. Manifeſtum igitur ꝙ ſtabit aliquando: ⁊ non in infinitum abibit: quod ſemper ab altero: ſed erit aliquid quod primū mouebitur. Nihil autem differat cōceſſo quodam hoc demonſtrari. Contingenti .n. conceſſo nullum inconueniens poterit accidere.

Lc.9.

¶ Oſtendit quomodo predicta ratio efficaciam habere poſſit. ⁊ primo quomodo habeat efficaciam ex ſuppoſitō ne facta. ſecūdo quomodo habeat efficaciā ſimpliciter ibi. (Nihil autem differt ⁊c.) Dicit ergo primo ꝙ id quod localiter ⁊ corporaliter mouetur. primo ⁊ immediate ab aliquo mobili mouente: neceſſe eſt ꝙ tangatur ab eo: ſicut baculus tangitur a manu: vel ꝙ continuetur ei: ſicut continuatur vna pars aeris alteri: ⁊ ſicut pars continuatur animali: ⁊ hoc videtur contingere in omnibus: ꝙ mouens ſemper coniungitur mobili altero iſtorum modorū. Accipiatur ergo alter iſtorum modorum ſcilicet ꝙ ex omnibus infinitis mobilibus ⁊ mouentibus efficiatur vnum ſcilicet ipſum totum vniuerſum per continuationem quādam. hoc ergo quia contingens eſt: ſupponatur. ⁊ iſtud totum quod eſt quedam magnitudo ⁊ continuū vocetur .a. b. c. d. ⁊ motus eius vocetur .e. ȝ. i. t. quia poſſet aliquis dicere ꝙ .e. ȝ. i. t. erat motus finitorum mobilium: ⁊ ita non poteſt eſſe motus totius infiniti: ſubiungit ꝙ nihil differt quantum ad propoſitum pertinet: vtrum accipiatur finita magnitudo que mouetur: aut infinita: ſicut enī ſimul quādo mouebatur .a. in tēpore ſcilicet finito quod eſt .r. mouetur quodlibet finitorum mobilium que ſunt numero infinita: ita etiam ſimul in eodē tempore mouetur tota magnitudo infinita ſequitur ergo impoſſibile quodcūqȝ horū detur ſiue ꝙ ſit magnitudo finita conſtans ex magnitudinibus numero infinitis: ſiue ꝙ ſit magnitudo infinita ⁊ motus eius in tempore finito. cum ſit oſtenſum ſupra ꝙ mobile infinitum non poteſt moueri tempore finito. ergo impoſſibile eſt hoc ex quo ſequebatur:

6.le.9.

scilicet ꝙ procedatur in infinitū in mouentibus ⁊ motis manifestum est ergo ꝙ hoc ꝙ vnum moueatur ab altero: non procedit in infinitum: sed stabit alicubi: ⁊ erit aliquod primum mobile ꝙ scilicet moueatur ab altero immobili. Et quia predicta probatio procedit supposito quodam scilicet ꝙ omnia infinita mouentia ⁊ mota continuentur ad inuicem: ⁊ constituant vnam magnitudinem: ⁊ sic posset alicui videri ꝙ non simpliciter concludatur. Ideo subiungit ꝙ non differt hanc demonstrationem processisse quodam supposito. quia ex contingenti supposito etiā si sit falsum non potest sequi aliquod impossibile. Cū ergo predicta ratio ducat ad impossibile: illud impossibile non sequitur ex isto contingēti supposito: sed ex alio quod oportet esse impossibile cum ex eo impossibile sequatur ⁊ sic patet ꝙ in demonstrationibus ad impossibile ducentibus nil refert vtrum accipiatur falsum contingens adiunctum impossibili vel verum. ostenditur enim impossibile illud ex quo cum adiunctione contingentis falsi sequitur impossibile: sicut ex eo impossibile sequeretur adiunctio quodam vero: quia sicut ex vero non potest sequi impossibile: ita nec ex contingenti. Sed potest aliquis dicere ꝙ non est contingens omnia mobilia continuari: sꝫ impossibile est continuari elementa ad inuicem ⁊ etiam celestibus corporibus. Sed dicendum ꝙ alio modo accipitur contingens ⁊ impossibile cum demonstratur aliquid de genere ⁊ cum demonstratur aliquid de specie: quia cum agitur de specie oportet accipi vt impossibile esse illud cui repugnat vel genus vel differentia speciei: ex quibus ratio speciei constituitur. Cum vero agitur de genere accipitur vt contingens omne illud cui non repugnat ratio generis: licet ei repugnet constituens speciem. sicut si loquerer de animali possem accipere vt contingēs ꝙ omne animal esset alatū: sed si descenderem ad considerationē hominis: impossibile esset hoc animal esse alatum: quia igitur Aristote. hic loquitur de mobilibus ⁊ mouentibus in communi: nondum applicando ad determinata mobilia: esse autem contiguum vel continuum indifferenter se habet ad rationem mouentis ⁊ mobilis: ideo accepit vt contingens ꝙ omnia mobilia sint cōtinua ad inuicem: quod tamen est impossibile si mobilia considerentur secundum suas naturas determinatas.

P Rimum autem mouēs non sicut cuius causa sed vnde est principium motus est simul cum eo quod mouetur. Simul autem dico: quia nihil ipsorum medium est. Hoc enim commune in omni mouetur ⁊ mouente est.

Lectio.iij.

P Ostquam Philosophus in demonstratione precedente supposuerat ꝙ mouens est contiguum vel continuū mobili: hic intendit nunc probare. ⁊ primo ostendit propositum. secundo probat quoddam quod in hac probatione supponit ibi. (Quoniam autem que alterantur ⁊c.) Circa primum duo facit primo proponit intentum. secundo probat propositum ibi. (Quoniam autem tres sunt motus.) Dicit ergo primo ꝙ mouens ⁊ motum sunt simul. Sed aliquid dicitur mouere dupliciter: vno modo sicut finis mouet agentem: ⁊ tale mouens aliquando distans est ab agente quē mouet. Alio modo sicut mouet id quod est principium motus: ⁊ de tali mouente hic intelligit. ⁊ ꝓpter hoc addidit. (non sicut cuius causa): sed vnde est principium motus. Item mouens sicut principium motus: quoddam est immediatum ⁊ quoddā remotū. Intelligit autem hoc de immediate mouente. ⁊ ideo dixit. (Primum mouens.) Ut per primum significetur immediatum mobili: non autem id quod est primum in ordine mouentium: ⁊ qꝛ in quinto dixerat esse simul que sunt in eodē loco. posset aliquis credere ex hoc

Lec.5.

ꝙ dicit ꝙ mouens ⁊ motum simul sunt. ꝙ quando vnū corpus mouetur ab altero ꝙ oporteat ambo esse i eodē loco. ⁊ ideo ad hoc excludendū subiungit ꝙ simul dicit hic non quidem esse in eodem loco: sed quia nihil est medium inter mouens ⁊ motum: secundū ꝙ contacta vel continua sunt simul: quia termini eorum sunt simul: vel quia sunt vnum: ⁊ quia in precedenti demonstratione processerat solum de motu locali: posset aliquis credere ꝙ hoc haberet veritatem solū in huiusmodi motu ⁊ ideo ad hoc remouendum subiungit ꝙ hoc dictum est communiter ꝙ mouens ⁊ motum sunt simul: ⁊ non specialiter de motu locali: quia hoc est commune i omni specie motus ꝙ mouens ⁊ motum sunt simul modo exposito.

¶Deinde cum dicit.

lec.10.

Quoniam autem tres sunt motus: qui secundum locum: ⁊ qui secundum qualitatem: ⁊ qui secundum quantitatem: necesse est ⁊ ea que mouetur tria esse. Qui quidem igitur secūdum locum loci mutatio: qui vero secundum qualitatem: alteratio: qui vero secundū quantitatem: augmentum vel decrementum. Primum quidem igitur de loci mutatione dicamus. Hic enim primus motuum est.

¶Probat propositū. ⁊ circa hoc duo facit. primo enumerat species motus. secundo in singulis: probat propositum ibi. (Omne igitur quod fertur.) Ostendit ergo primo ꝙ tres sunt motus: vnus secundum locum qui dicitur loci mutatio: alius secundum qualitatem qui dicitur alteratio: alius secundum quantitatem qui dicitur augmentum ⁊ decrementum. Non facit autem mentionem de generatione ⁊ corruptione: quia non sunt motus: vt in .v. probatum est: sed cum sint termini motus scilicet alterationis: vt habitū est in .vj. per hoc ꝙ probat propositum in alteratione: sequitur etiam idē de generatione. ⁊ corruptione. Sicut igitur tres sunt species motus: ita tres sunt species mobilium: ⁊ etiam mouentium. ⁊ in omnibus est verum quod dictum est scilicet ꝙ mouens ⁊ motum sint simul: vt ostenderat in singulis. sed primo hoc est ostendendum in motu locali: qui est primus motuum. vt in .viij. probabitur.

Lec.2.
Lec.8.
lec.14.

¶Deinde cum dicit.

Omne igitur quod fertur: aut ipsum a seipso mouetur: aut ab altero. Siquidem igitur a seipso: manifestum ꝙ in ipso mouente existē te simul mouens: ⁊ quod mouetur erit: ⁊ nullum illius medium.

¶Ostendit propositum in singulis trium predictorum motuum. ⁊ primo in motu locali: secundo in motu alterationis ibi. (At vero neqꝫ alterati ⁊c.) Tertio in motu augmēti ⁊ decrementi ibi. (Et ꝙ augetur ⁊ augēs ⁊c.) Circa primum duo facit. primo ostendit propositum in quibus magis est manifestum: secundo in quibus magis latet ibi. (Quod autem ab alio mouetur.) Dicit ergo primo ꝙ necesse est dicere ꝙ omne qd̄ mouetur secūdū locum: aut mouetur a seipso: aut ab altero. Quia autē dicit a seipso aliquid moueri potest intelligi dupliciter. vno modo ratione partium: sicut ostendet in .viii. ꝙ mouentium se ipsa vna pars mouet. ⁊ alia mouetur. Alio modo primo ⁊ per se: vt scilicet aliquid secundum se totum moueat se totum: sicut supra probauit ꝙ hoc modo nihil mouet se ipsum. Si autem concedatur vtroqꝫ modo aliquid moueri a seipso: manifestum erit ꝙ mouens erit in ipso quod mouetur. vel sicut idem est in seipso quod mouetur: vel sicut pars est in toto: vt anima in animali. ⁊ sic sequetur ꝙ simul sit mouens ⁊ quod mouetur: ita ꝙ nihil erit ipsorum medium.

lec.10.
Lec.14.

¶Deinde cum dicit.

Quod aūt ab alio mouetur: quadrifarie mouetur. Qui eniz sunt ab altero mot⁹ quatuor sūt: pulsio: tractio: vectio: vertigo. Et nāqz omnes alios i hos reduci accidit.

Ostendit idem i his que mouētur scd̄m locum ab alio de quibus minus est manifestum. Et circa hoc tria facit. primo distinguit modos quibus aliquid contingit ab altero moueri: scd̄o reducit eos ad duos ibi (Manifestuz est igitur) Tertio in illis duobus probat ꝓpositum ibi. (Hoc aūt manifestum est) Circa primū duo facit. primo diuidit modos quibus aliquid mouetur ab altero: ⁊ dicit ꝙ sunt quattuor. s. pulsio: tractio: vectio: ⁊ vertigo. omnes eniz motus que sunt ab alio reducuntur in istos. Secundo ibi.

Pulsionia quidez igitur alia impulsio alia expulsio. Impulsio quidem est: cum mouens ei quod mouetur non deficit: expulsio cum expellens deficit.

Manifestat premissos quattuor modos. ⁊ primo manifestat pulsionem: que est cum mouens facit aliqd̄ motu a se distare mouendo. Diuidit autem pulsionem in duo. s. in impulsionem ⁊ expulsionem. dicitur autem impulsio quando mouens sic pellit aliquod mobile: qd̄ nō deficit ipsi deserēdo ipsuz: sed simul cum eo tendit quo tendit. Expulsio autem est quando mouēs sic mouet mobile: qd̄ tamen deficit deserendo ipsum: nec comitaꝛ ipsū usqz ad finē motus. Secundo ibi.

Vectio autem in tribus erit motib⁹. Quod quidem vehitur: non secundū se mouetur: sed secunduz accidens. In eo n. qd̄ est: i eo quod mouetur: aut super id quod mouetur: mouetur ipsum. Vehens autem mouetur: aut pulsum: aut tractum: aut vertigine ductum. Manifestum igitur quoniam vectio in tribus motibus erit.

Manifestat de vectione: ⁊ dicit ꝙ vectio fundaꝛ i tribus alijs motib⁹. s. pulsiōe tractiōe ⁊ vertigine: sicut qd̄ per accidēs fundaꝛ in eo qd̄ est ꝑ se: illud āt qd̄ vehiꝛ nō mouetur per se: sz ꝑ accñs inquātū. s. aliquid alteꝝ mouetur in quo ipm ē: sicut cū aliqs vehitur a naui in qua ē: vl̄ sup qd̄ ē: sicut cū aliqs vehiꝛ equo. Illud āt qd̄ vehit mouetur ꝑ se: eo ꝙ nō ē ꝓcedere in his que mouenꝛ ꝑ accñs in infinitū: ⁊ sic oꝫ ꝙ ꝓmū vehens moueaꝛ aliquo motu p se: vl̄ pulsu vel tractu vel vertigine. ex quo māifestū ē ꝙ vectio i trib⁹ alijs motib⁹ ꝯtineꝛ. Tertio ibi.

Tractio āt ē: cū ēt ad ipsūz vel ad alterū velocio: fit mot⁹ trahētia nō separatus ab eo qui trahitur. Et nāqz ab ipsūz ē tractio ⁊ ad alterū: ⁊ reliqui tract⁹ idē specie i hos reducūtur vt ispiratio: ⁊ expiratio: ⁊ spuitio ⁊ quicūqz corpoꝝ emissiui aut receptiui sūt: ⁊ spathesis ⁊ cercesis. Aliud ē quidē ipsoꝝ ꝯgregatio: aliud disgregatio. Et oīs igitur motus qui est scd̄m locū: aggregatio ⁊ disgregatio ē.

Manifestat tertium motū. s. tractū. ⁊ scd̄uz ē ꝙ tractio a pulsione differt qꝛ in pulsione mouens se hēt ad mobile: vt terminus a quo ē motus eius: in tractu v̄o se hz: vt terminus ad quem. illud ergo trahere diciꝛ quod mouet alterum ad seip̄m: mouere aūt aliqd̄ scd̄z locū ad seipsum ꝯuenit tripliciter. vno mō sicut finis mouet. vnde ⁊ finis dicitur trahere: secundum illud poete. Trahit sua quēqz voluptas. ⁊ hoc mō potest dici ꝙ locus trahit id quod naturaliter mouetur ad locum. alio modo pōt dici aliquid trahere: quia mouet id ad seipsum alterando aliqualiter: ex qua alteratione contīgit ꝙ alteratuz moueatur scd̄m locum: ⁊ hoc modo magnes dr̄ trahere ferrum: sicut enim generans mouet grauia ⁊ leuia inquātū dat eis formam per quā mouenꝛ ad locū: ita ⁊ magnes dat aliquam qualitatem ferro per quam moueꝛ ad ip̄m. Et ꝙ hoc sit veꝝ pꝫ ex tribus. Primo quidem quia magnes non trahit ferrum ex quacūqz distantia: sed ex ꝓpinquo. Si āt ferrū moueretur ad magnetē solū sicut ad finem: sicut graue ad suū locū: ex quolibet distantia tenderet ad ipsum. Secūdo quia si magnes alleis perungatur ferrum attrahere nō pōt. q. alleis vim alteratiuā ipsi⁹ impedientib⁹: aut ēt in ꝯriū alterātib⁹. Tertio quia ad hoc ꝙ magnes attrahat ferrum opꝫ prius ferrum liniri cū magnete maxime si magnes sit paru⁹: quasi ex magnete aliquā v̄tutem ferrū accipiat: vt ad euꝫ moueaꝛ. Sic igitur magnes attrahit ferrum nō solum sicut finis. sed ēt sicut mouens ⁊ alterās. Tertio mō dr̄ aliqd attrahere: qꝛ mouet ad seip̄m motu locali tm̄: ⁊ sic diffiniꝛ hic tractio ꝓut vnū corpus trahit alteꝝ: ita ꝙ trahens simul moueatur cum eo quod trahitur. hoc est ergo quod dicit ꝙ tractio est cum motus trahentis ad seipsum vel ad alterum fit velocior nō separatus ab eo ꝙ trahitur. dicit autem (ad seipsum vel ad alterum) quia mouens voluntarium pōt vti altero vt seipso. Unde potest ab alio pellere sicut a se ipso ⁊ ad aliud trahere sicut ad seipsum: sed hoc in motu naturali non contingit. Immo semper pulsio naturalis est a pellente: ⁊ tractio naturalis attrahentem: addit aūt (cum velocior sit motus) quia cōuenit quandoqz ꝙ id quod trahitur etiam per se mouetur illuc quo trahitur: sed a trahente velociori motu compellitur moueri: ⁊ qꝛ trahens mouet suo motu: oportet ꝙ mot⁹ trahentis sit velocior ꝙ̄ motus naturalis eius quod trahitur: adiungit autem (non separatus ab eo quod trahitur) ad differentiā pulsionis: nā in pulsione pellens qnqz sepaꝛ ab eo qd̄ pellit. qnqz v̄o nō. sed trahens nūqꝫ separaꝛ ab eo qd̄ trahiꝛ: qnimo simul moueꝛ trahēs cū eo qd̄ trahitur exponit āt quod dixerat (ad ip̄m vel ad alteꝝ) qꝛ contingit esse tractionē ad ip̄m attrahentē ⁊ ad alteꝝ in motib⁹ voluntarijs: vt dictū ē. Et qꝛ sunt qdā mot⁹ in qb⁹ nō ita manifeste saluatur rō tractiōis: ꝯñter ostēdit eos ēt reduci ad hos modos tractōis quos posuerat. s. ad seip̄z ⁊ ad alteꝝ: ⁊ hoc ē quod dicit ꝙ oēs alij tract⁹ qui non noiantur tract⁹: reducūtur in hos duos modos tractionis. qꝛ sunt idē specie cum eis: ꝙ̄tum ad hoc ꝙ mot⁹ accipiunt spēm a terminis: qꝛ ⁊ illi tract⁹ sunt ad seip̄m vel ad alterum: sicut pꝫ in spiratiōe ⁊ expiratiōe. Inspiaratio eniz ē attractio aeris: exspiratio v̄o ē aeris expulsio: ⁊ sil̄r spuitio ē expulsio sputi: ⁊ sil̄r dicēdum ē de oībus alijs motibus per quoscunqz aliqua corpora extra mittuntur vl̄ intra recipiuntur: quia emissio reducitur ad pulsionem receptio autem ad tractionem: ⁊ similiter spathesis est pulsio: ⁊ cercisis est attractio: spathi enim in greco dr̄ ensis: vel spatha. vnde spathesis idem est quod spathatio. i. est percussio per ensem: que fit pellendo: ⁊ ideo alia lr̄a que dicit speculatio videtur esse vicio scriptoris corrupta: qꝛ pro spathatione posuit speculationez cercis autem ē attractio. Est autem cercis in greco quoddam instrumētuz quo vtuntur textores: quod ad se trahunt texendo: qd̄ latine dicitur radius. vnde alia littera hēt (radiatio) Motuz enī duoꝝ ⁊ quorūcūqz motiuū emissiuorū ⁊ receptiuorum: aliud est congregatio quod pertinet ad attractionem: quia congregans mouet aliquid ad alterum: aliud

est disgregatio quā pertinet ad pulsiōem. quia pulsio est motus alicuius ab alio. Sic ergo pꝫ ꝙ oīs motus localis est aggregatio vel disgregatio: quia oīs motus localis est ab aliquo vel ad aliquid: ꝛ per consequēs patet ꝙ oīs motus localis est pulsio: vel tractō. ¶ Deinde cū dic.

Uertigo autem componitur qdeꝫ ex tractu ꝛ pulsione. Hoc qdem pellit mouens illud auteꝫ trahit.

¶ Manifestat quid sit vertigo ꝛ dicit ꝙ vertigo ē quidā motus cōpositus ex tractu ꝛ pulsu: cuꝫ eni aliquid vertitur ex vna pte pellitur ex alia trahit. ¶ Deinde cū dicit.

Co. ij

Manifestū igitur ē ꝙ sigdē simul pellens ꝛ trahēs cū eo qȏ pellitur ꝛ trahitur nullū medium ei⁹ quod mouetur ꝛ mouentis est.

¶ Oñdens ꝙ oēs qttuor motus predicti ad pulsuꝫ ꝛ tractum reducunt. ꝛ ꝙ idē ē iudiciū de oīb⁹ ꝛ de istis duobus: qꝛ eni vectio ꝯsistit in trib⁹ alijs: ꝛ vertigo cōponit ex pulsu ꝛ tractu: relinqtur ꝙ oīs mot⁹ localis q ē ab alio reducit ad pulsū ꝛ tractū. Uñ māifestū ē ꝙ in pulsu ꝛ tractu mouēs ꝛ motū sūt sil. i. ita ꝙ pellēs sit sil cū eo qȏ pellitur: ꝛ trahēs cū eo qȏ trahit: ꝯñs erit vlr verꝝ eē ꝙ nullū sit mediū mouentis sm locū ꝛ moti. ¶ Deide cū dicit.

Hoc āt māifestū ex dictis. Pulsio qdem enim aut a seipso aut ab alio ad aliud motus ē. Tractus āt ab alio ad ipsuꝫ aut ad aliud est: adhuc autem synosis et diosis.

¶ Probat ppositū in his duob⁹ motibus. ꝛ pmo ponit duas rōnes ad ppositū oñdēdū. scdo excludit obiectiōeꝫ ibi (Proiectio āt ꝛc̄) Pria aūt rō sumit ex diffōne vtriusqꝫ mot⁹: qꝛ pulsio ē mot⁹ ab ipso mouēte vl ab aliquo alio ī aliqd aliud. ꝛ sic oꝫ ꝙ saltē in pncipio mot⁹ pellens sit sil cū eo qȏ pellitur: dū pellēs id qȏ pellit remouet a se vel ab alio: sed tract⁹ ē mot⁹ ad ipꝫ vel ad alteꝝ vt dcm̄ ē: ꝛ ꝙ nō sepatur trahēs ab eo quod trahitur: ex quo manifestum ē in his duobus motib⁹ ꝙ mouens ꝛ motū sint sil. Secunda rō sumitur ex ꝯgregatiōe ꝛ disgregatiōe. dictuꝫ ē. n. ꝙ pulsio est disgregatio ꝛ tractio ē ꝯgregatio. ꝛ hͦ ē qȏ dic. (Adhuc āt synos) .i. ꝯgregatio ꝛ (diosis) .i. diuisio. non aūt posset aliqd ꝯgregare vel disgregare nisi adesset his que ꝯgregātur ꝛ disgregantur ꝛ sic paꝫ ꝙ in pulsione ꝛ tractu mouens ꝛ motuꝫ sunt sil.

¶ Deinde cum dicit.

Proiectio aūt quādo velocior mot⁹ fiat: quā qui scdm naturam lati fortiori facta pulsione: ꝛ hoc facto tamdiu accidit ferri: quousqꝫ fortior sit motus eius quod fert. Manifestuꝫ igitur qm̄ quod mouetur ꝛ mouens simul sunt: ꝛ nullum medium est ipsorum.

¶ Excludit q̄sdaꝫ obiectionē que accidere pōt circa pulsionē: de tractione eni dictuꝫ est ꝙ mot⁹ trahentis non separatur ab eo qȏ trahitur: sed in pulsione dictū est ꝙ aliquādo desiat pellens ab eo quod pellitur: ꝛ talis pulsio vocatur expulsio: cuius spēs est proiectio que est quādo pellitur cū quadā violentia in remotū. ꝛ sic ī proiectione videtur ꝙ id quod pijcitur non sit simul cū proijciente: ꝛ ideo ad hoc excludendum dicit ꝙ proiectio est quando motus eius ꝙ fertur sit velocior q̄ motus naturalis: et hoc ppter aliquā forteꝫ impulsionē factā: cum eni aliqd pijcitur ex forti īpulsiōe mouetur aer velaciori motu q̄ sit motus eius naturalis. ꝛ ad motū aeris ꝯfertur corp⁹ piectuꝫ: ꝛ quamdiu durat aer īpulsus tādiu piectū mouetur. ꝛ hoc est quod dicit ꝙ fata tali īpulsione tādiu accidit aliquid ferri piectuꝫ: quandiu in aere sit fortior motus: q̄ eius motus naturalis. Sic ergo remota hac dubitatione concludit ꝙ mouens ꝛ motū sint sil: ꝛ ꝙ iter ea nihil est mediuꝫ.

T Ꝯo neqꝫ alterati neqꝫ alterātis nullū mediū. Hoc āt māifestū ex īductōe. In oīb⁹. n. simul esse accidit alterans vltimum: ꝛ primuꝫ quod alteratur.

Lectio quarta.

Ostēs oñdit ī motu locali ꝙ mouēs ꝛ motū sūt sil: oñdit idē in alteratiōe: ꝙ. s. nihil ē mediū alterātis ꝛ alterati. ꝛ hͦ pbat pmo p inductiōeꝫ. ī oīb⁹. n. q̄ alterāt māifestū ē ꝙ sil sunt vltimū alterans et pmū alteratū. Uidet āt hoc hēre instantiā in qbusdā alteratiōib⁹: sicut cū sol calefacit aerē sine hoc ꝙ calefaciat orbes medios planetaꝝ. ꝛ piscis qdā in rhete detentus stupefacit man⁹ trahētis rethe: absqꝫ hoc ꝙ stupefaciat rethe. Sed dicēdū ē ꝙ passiua recipiūt actiōem actiuoꝝ sm ppriū modū. ꝛ iō media q̄ sūt iter pmū alterās ꝛ vltimū alteratū aliqd patiunt a pmo alterāte: sed forte nō eodē mō sicut vltimū alteratū. aliqd igit patit rhete a pisce stupefaciente sed non stupefactiōeꝫ. qꝛ ei⁹ non est capax. ꝛ orbes medij planetaꝝ aliqd recipiūt a sole. s. lumē non āt calorē. Secundo ibi.

Quare enim alteratur ī eo quod sensibile est. Sensibilia autem sunt quibus differunt corpora ad se inuicē vt grauitas: leuitas: duricies: mollicies: sonus: nō sonus: albedo: nigredo: dulcedo: amaritudo: humiditas: siccitas: densitas: raritas: ꝛ horum media. Similiter auteꝫ et alia que sub sensu sunt quoꝝ est ꝛ calor: ꝛ frigus: ꝛ leuitas: ꝛ asperitas. Hec .n. sūt passiones subiecte q̄litatis. His enim differunt sensibilia corporum: aut secundum aliquod horū maius ꝛ minus ꝛ in patiendo aliquid horum: calefacta enim aut frigefacta: aut dulcefacta: aut amaricata: aut secundum aliquid aliud predictorum. Similiter ꝛ animata corporum ꝛ inanimata: ꝛ animatorū quecūqꝫ partiū sunt inaīate: ꝛ ipsi sensus alterantur: patiūtur enim. Actio. n. ipsoruꝫ motus est per corpus patiente sensu aliquid. Scdm quecunqꝫ quidem igitur ī aniata alterātur: ꝛ aiata scdꝫ oīa hec alterātur. Scdm āt q̄cūqꝫ aiata alterātur: nō scdm hoc alterātur iaīata. Scdꝫ eniꝫ sensus nō alterātur. Et latet cū alterantur iaīata. Nihil āt phibet ꝛ aiata latere cū alterātur: cū nō scdm sensus accidit qȏ alteratiōis ipis: sigdē igitur sensibiles passiōes: oīs āt p hoc alteratio: ex hoc ergo manifestū ē: ꝙ passio ꝛ patiēs

Co. 2i.

simul ⁊ horum nullum medium est.

¶ Probat idē per cōnē que talis ē. oīs alteratio ē fīis alterationi que fit scđm sensum: sed in alteratiōe que ē ſʒ sensum: ⁊ alterās ⁊ alteratū sunt simul. ergo ⁊ in qualibʒ alteratione: p̄uinā sic p̄bat. Oīs alteratio fit scđm q̄litatē sensibilē que ē tertia spēs qualitatis: fm illa eni alterātur corpa qbus corpa ab inuicē differūt: que sūt sensibiles q̄litates: vt grauitas: et leuitas: duricies ⁊ mollities: que p̄cipiūt tactu: sonus ⁊ non sonus qui p̄cipiunt audi tu: sed tñ si son⁹ in actu accipiatur ē q̄litas in aere p̄ns alī que motū localē. vñ nō vr̄ scđm hmōi qualitatē eē p̄imo ⁊ per se alteratō. Si vero sonus in aptitudine accipiatur ⁊ sic per aliquā alterationē fit aliquid sonabile vel nō sonabile: albedo ⁊ nigredo que p̄tinent ad visum. dulcedo ⁊ amaritudo que pertinent ad gustū: hūiditas ⁊ siccitas ⁊ spissitas ⁊ raritas que p̄tinet ad tactū: ⁊ eadem rō est de his Irijs ⁊ de medijs hoꝝ: ⁊ siſr ēt sunt alia que sub sensu cadunt: sicut calor: frigus ⁊ leuitas: ⁊ asperitas que ēt tactu ꝯprehēdūt. hmōi eni sunt quedā passiones sub gñe q̄litatis ꝯtente: ⁊ dicunt passiones: qꝛ passionē ingerunt sensibus: vel qꝛ ab aliqbus passionib⁹ cāntur: vt in predicamentis dr̄. Dicit aūt passiones sensibilium corpoꝝ. qꝛ sensibilia corpora fm hmōi dñt: in q̄tū. s. vnū ē calidum ⁊ aliud frigidū vnū graue ⁊ aliud leue: ⁊ sic de alijs: aut in q̄tū aliqđ vnū de premissis inest duobus fm magis ⁊ minus. Ignis. n. differt ab aqua fm d̄r̄iam calidi ⁊ frigidi ab aere vero fm magis ⁊ minus calidum. ⁊ ēt fm hoc attenditur sensibiliū corpoꝝ d̄r̄ia in q̄tum patiuntur aliqđ horum: licet non sit in eis naturaſr. sicut dicim⁹ dici ſe calefacta ab infrigidatis: ⁊ ea que fiunt dulcia ab hisq̄ fiūt amara per aliquā passionē ⁊ non ex natura. alterari āt fm hmōi q̄litates ē oium corpoꝝ sensibiliū tā aiatoꝝ q̄ inaiatoꝝ: ⁊ qꝛ in corpib⁹ aiatis quedā partes sūt animate. i. sensitiue vt oculus ⁊ man⁹ quedā āt inaiate. i. nō sensitiue vt capilli ⁊ ossa. vtreqꝫ p̄tes fm h⁹i q̄litates alterantur: qꝛ sensus sentiēdo patiūt. Actiōes eniʒ sensuum vt auditio visio sunt quedā mot⁹ p corp⁹ cū aliqua sensus passione. nō. n. sensus hūt aliquā actiōem nisi p organū corporeū: corpi āt ꝯuenit moueri: ⁊ alterari. vñ passio ⁊ alteratio magis p̄prie dr̄ in sensu q̄ in intellectu cui⁹ opatio nō ē p aliqđ organū corporeū. Sic igit̄ p̄ʒ q̄ fm q̄scūqꝫ q̄litates ⁊ ſʒ quoscūqꝫ modos alterāt corpora inaiata: fm eosdē mot⁹ ⁊ easdē q̄litates alterant corpora aniata: sed nō ꝯuertit̄ qꝛ in corpibus aiatis inuenit̄ alteratio fm sensum: que nō inuenit̄ in corpib⁹ inaiatis. non eni corpa inaiata cognoscūt suam alterationē: ſʒ latet ea: qđ non accideret si fm sensum alterarentur: ⁊ ne aliqs hoc reputaret ip̄ossibile: q̄ aliquid alterarent̄ scđm sensibilem q̄litatē absqꝫ sensu alterationis: subiungit q̄ non solū hoc ē veꝝ in reb⁹ inaiatis: qꝛ hoc ꝯuenit ēt in ee bus aiatis: nihil. n. p̄hibet q̄ ēt aiata corpa lateat cum alterant̄. sicut cū aliq̄ alteratio accidit in ip̄is absqꝫ alteratione sensus. sicut tñ alterāt fm p̄tes nō sensitiuas. ex h igitur p̄ʒ q̄ si passiones sensus sūt tales q̄ nihil ē mediū inter agens ⁊ patiens: ⁊ oīs alteratio ē per hmōi passiones qb⁹ alterātur sensus: seq̄t q̄ alterans inferens passiones ⁊ alteratum patiens sint simol: ⁊ nullum sit ip̄soꝝ medium. ¶ Deinde cum dicit.

Huic quidē igit̄ aer ē continu⁹. Aeri āt continuat̄ corpus. Et supficies quidē terminatur ad lumē. Lumē āt ad visū: similiter ⁊ auditus ⁊ odoratus: ⁊ mouens ipsa primū. Eodē āt mō simul ⁊ gustus ⁊ sapor ē. Siſr āt et in inaiatis ⁊ i isēsibilibus. Et qđ augetur ⁊ augēs. Appositio eni quedā ē augmētū. quare simul sunt: ⁊ qđ augetur et augens: et decrementū. Decremētū enim cā est ablatio quedaʒ. Manifestum igitur q̄ mouentis vltimi ⁊ moti p̄imi nullum ē medium.

¶ Probat scđam q̄rīn alteratione sensus alterans ⁊ alteratus sint simul: qꝛ (hunc). s. sensui: puta visui (aer cōtinuus ē). i. absqꝫ medio ꝯiūct⁹: aeri vero corp⁹ visibile. ⁊ supficies q̄dē visibilis corporis q̄ ē subm̄ coloris (terminatur ad lumen). i. ad aerē illuminatū. qui terminat̄ ad visum. ⁊ sic p̄ʒ q̄ aer alteratus ⁊ alterās ip̄m sunt simul ⁊ similiter visus alteratus cum aere alterante: ⁊ siſr est in auditu ⁊ in odoratu si ꝯparentur ad id qđ p̄mum mouet . s. ad sensibile corpus: qꝛ hi sensus sūt per mediū extrinsecum: gustus autem ⁊ sapor sunt simul non. n. ꝯiungūtur per aliqđ medium extrinsecū. ⁊ siſr est de tactu: ⁊ eodē mō se habet in reb⁹ in aiatis ⁊ in sensibilibus. s. qđ alterans ⁊ alteratum sunt simul. Deinde cū dicit (Et qđ augetur ⁊ auget) Probat idē in motu augmenti ⁊ decrementi: et p̄imo in motu augmēti op̄ʒ eni q̄ auget̄ ⁊ auget esse siſr qꝛ augmētatio ē quedaʒ appō: per appōnem. n. alicuius quāti aliqđ augetur. ⁊ siſr ē in decremento: qꝛ cā decrementi ē quedā subtractō alicuius q̄ti: ⁊ pōt intelligi hec p̄batio dupliciter. vno mō fm q̄ ip̄sum q̄tum appositū vel subtractū est p̄imū mouens illis motibus. a ꝗ ⁊ Aristo. dicit in s̄o de aīa q̄ caro auget p̄ut est q̄ta. ⁊ sic manifeste simul cum mouēte. motū est non eni pōt aliqđ appōi vel subtrahi alteri si non sit simul cū eo. Procedit etiaʒ hec eō de p̄ncipali agente appositio autem oīs ꝯgregatio que dam est: subtractio disgregatio quedā: supra aūt ostensum est qđ in motu congregationis ⁊ disgregatōis mouens ⁊ motum sunt simul. Unde relinquitur qđ etiaʒ in motu augmenti ⁊ decrementi ⁊ sic vlterius concludit vlr̄ qꝛ iter vltimū mouens ⁊ p̄mum motū nihil ē mediū.

Lec. 3.

Uoniā āt que alterāt alterātur oīa a sensibilib⁹. ⁊ solū hoꝝ alteratio ē quecūqꝫ scđm se dicūtur pati ab his: ex his considerabimus.

Co. 14

¶ Lectio quinta

Uia in precedenti rōne p̄hūs supposuerat qđ oīs alteratio sit fm sensibilia: hoc intendit hic p̄bare. ⁊ primo p̄ponit qđ intēdit. s̄o probat p̄positū. ibi (Alioꝝ eni maxime) Dicit ergo p̄⁹ q̄ ex sequētib⁹ ꝯsiderādū est qđ oīa q̄ alterant̄: alterāt̄ fm q̄litates sensibiles. ⁊ per ꝯñs illis solū competit alterari que p se patiunt̄ ab h⁹i q̄litatib⁹. ¶ Deide cū dicit.

Alioꝝ. n. maxie vtiqꝫ quis existiabit in figuris ⁊ formis ⁊ hitudinibus. ⁊ hoꝝ remotiōibus ⁊ acceptōibus: videtur. n. eē q̄ alteratiōis. Nō ē autē neqꝫ in his ſʒ fiūt hec: cū quedam alterantur. Densata. n. aut rarefacta: aut cuʒ fiat calida: aut frigida materia: alteratio āt nō est.

Co. 15.

¶ Probat p̄positū arguendo a maiori: qđ q̄dē primo ponit. scđo quedā que supponit p̄bat. ibi (Ex quo q̄dem enim ⁊c.) Dicit ergo primo qđ p̄p q̄litates sēsibiles maxime vr̄ eē alteratio i q̄rta spē q̄litatis. que est q̄litas circa q̄titatē. s. forma ⁊ figura: ⁊ in p̄ria spē qualitatis que cōtinet sub se hitus ⁊ dispōnes. vr̄ enim qđ alteratio quedā fit per hoc qđ h⁹i q̄litates de nouo remouent̄. aut de nouo acquiruntur: nō enim vr̄ hoc sine mutatiōe posse ꝯtingere. mutatio āt fm q̄litateʒ alteratio ē: vt supra dictus ē sed in predictis q̄litatibus p̄ime ⁊ q̄rte spēi non ē alteratio p̄mo ⁊ p̄ncipalr̄ sed scđario: qꝛ hmōi q̄litates ꝯsequūtur q̄sdam alteratiōes p̄iaꝝ q̄litatū: sicut p̄ʒ qđ cum ma

Lec. 4.

Co. xi. Si igitur impossibile est esse ⁊ intelligere tempus sine ipso nunc: nunc autem est medietas quedam ⁊ principium et finem habens simul: principium autem futuri temporis finē vero preteriti. necesse semper est temporis finē vero preteriti: necesse semper esse tempus: vltimum enim finiti accepti temporis in aliquo ipsorum nunc erit. Nihil enim est accipere in tempore preter nunc. Quare quoniam est finis et principiū ipsum nunc necesse est ipsius in vtraq̄ parte semper esse tēpus. At vero si tempus: manifestum est: quia necesse est ēt motum esse. Si quidem tempus est passio quedā motus.

¶ Probat idem per rationē: quia impossibile est ꝙ dicatur aut intelligat tempus esse absq̄ ipso nunc sicut impossibile est ꝙ sit linea sine puncto. Nunc autē est quoddā mediū habens de sui ratione ꝙ sit simul ⁊ principiū ⁊ finis: principiū quidē futuri temporis: finis autem preteriti: ex quo apparet ꝙ necesse est semper esse tempus. Quodcūq̄ enim tempus accipiatur eius extremum est aliquod nunc ex vtraq̄ parte. ⁊ hoc patet per hoc ꝙ nihil est accipere in actu de tempore nisi nunc: quia quod preteritū est iam abijt quod autem futurum est nondū est. Nunc autem quod accipitur in extremo temporis ē principium ⁊ finis vt dictum est. Ergo necesse est ꝙ ex vtraq̄ parte cuiuscūq̄ temporis accepti semper sit tempus. Alioquin primum nunc non esset finis. ⁊ vltimum nunc non esset principium: ex hoc autem ꝙ tempus est sempiternū concludit ꝙ necesse est motū semper esse ⁊ rationē consequentie assignat: quia tempus est quedā proprietas motus: est enim numerus eius vt dictum est. Videtur autem ꝙ Ar. ratio non sit efficax sic enim se habet nunc ad tempus sicut punctum ad lineam vt in. vj. habitū est: nō est autem de ratione puncti ꝙ sit mediū sed aliquod punctum est quod est tantum principium linee aliquod autem quod est tantū finis: accideret autem omne punctum esse principium ⁊ finem puncto inq̄tū est linee infinite non ergo posset probari ꝙ linea sit īfinita ex hoc ꝙ omne punctum sit principium ⁊ finis sed potius econuerso ex hoc ꝙ linea est infinita probandum esset ꝙ omne punctum esset principium ⁊ finis: sic ergo videtur ꝙ omne nunc esse principium ⁊ finem non sic sit verū nisi ex eo ꝙ tempus ponitur sempiternum: videtur ergo Ar. in assumptione huius medij supponere sempiternitatem temporis quam debet probare. Auerrois autem volens seruare Ar. rationem dicit ꝙ nunc semper sit principium ⁊ finis. Conuenit enim ei inquantum tempus nō est stās sicut linea. sed fluens ꝙ manifestū est nihil ad propositum pertinere. ex hoc enim ꝙ tempus est fluēs ⁊ nō stans sequitur ꝙ vnum nunc non possit bis sumi sicut bis sumitur vnum punctū. sed fluxus temporis nihil facit ad hoc ꝙ non sit principiū ⁊ finis simul. eiusdem enim rationis ē inceptio ⁊ terminatio in omnibus continuis siue sit permanentia siue fluentia vt ex sexto patet. Et ideo aliter dicendum est scdm intentionem Ar. ꝙ hoc omne nunc sit principium ⁊ finis vult accipere ex eo quod primo supponit. scilicet ꝙ prius ⁊ posterius non sit tempore nō existente. hoc enim principio supposito ad nihil aliud visus est. Sed ex hoc concluditur ꝙ omne nunc sit principium ⁊ finis. detur enim ꝙ aliquod nunc sit principium alicuius temporis. Manifestum est autem ex diffinitione principii ꝙ principium temporis est ante quod nihil eius existit. Est ergo accipere aliquid ante vel prius q̄ ipsum nunc quod ponitur principium temporis. prius autem non est sine tempore. ergo nunc quod ponitur principium temporis est etiam temporis finis. ⁊ eodē modo si ponatur nunc esse finis temporis sequitur ꝙ sit etiā principium. quia de ratione finis est ꝙ post ipsum nihil sit eius: posterius autem non est sine tempore sequitur ergo ꝙ nunc qđ ponitur finis sit etiam principium tēporis.

¶ Deinde cum dicit.

Co. xij. Eadem autem ratio est. ⁊ de eo ꝙ incorruptibilis sit motus: sicut de fieri motum accidit priorē quandam esse mutationem prima: sic hic posterior est posteriori. Non enim simul quiescit quod mouetur: ⁊ quod mobile est: et quod comburitur: et quod combustibile. Contingit enim combustibile esse: quod non comburitur. Neq̄ motum et mouens.

Co. xiij. Et corruptibile igitur indigebit corrumpi. cum corrumpatur: et huiusmodi corruptiuum iterum posterius. Corruptio enim mutatio quedam est. Si igitur hoc impossibile: manifestū est quod est perpetuus motus.

¶ Ostendit ꝙ mot⁹ semper sit futurus. ⁊ ostendit hoc ex parte motus: q̄ ratio supra ex parte motus accepta non concludebat nisi ꝙ motus nunq̄ incipiat. ratio vero sumpta ex parte temporis concludebat vtrunq̄: ⁊ ꝙ nunq̄ inceperit: ⁊ ꝙ nunq̄ deficiat. Dicit ergo ꝙ eadem ratione potest probari quod motus sit incorruptibilis idest ꝙ nunq̄ deficiat per quā probatur ꝙ motus nunq̄ incepit. sicut enim ex hoc ꝙ est motum incipere: sequitur ꝙ sit quedam mutatio prior mutatione que ponitur prima sic si ponatur ꝙ motus quandoq̄ deficiat sequitur ꝙ sit aliqua mutatio posterior: ea que ponitur postrema. ⁊ quomodo hoc sequatur manifestat abreuiando quod supra diffusius dixerat circa inceptionē motus. posuerat enim ꝙ si motus incepit aut mobilia mouētia inceperūt: aut semper fuerunt. ⁊ similis diuisio posset hic fieri. quia si mot⁹ deficiat aut mobilia ⁊ mouentia remanebunt aut nō. Sz quia similiter ostenderat ꝙ idem sequitur secundū vtrūq̄. Ideo hic non vtitur nisi altera via .s. ꝙ ponatur sic motus deficere ꝙ mobilia ⁊ mouentia deficiant. Hoc ergo supposito dicit ꝙ non simul quiescit idest deficit motus in actu: ⁊ ipsum mobile: sed sicut prior est generatio mobilis quā motus eius: ita posterior est corruptio mobilis quam cessatio motus. quod sic patet quia contingit ꝙ remaneat aliquid combustibile postq̄ desinit comburi ⁊ sicut dictū est de mobili: ita dicendum est de mouente: q2 non simul desinit esse mouens in actu: ⁊ esse motiuum in potentia. Sic igitur patet ꝙ si etiam ipsum mobile corrumpitur post cessationem motus: necessarium erit esse quandam corruptionem ipsius mobilis. ⁊ iterum quia omnia mouentia ⁊ mota desinunt: necessarium erit posterius ꝙ ēt ipsū corruptiuū corrūpatur. Cum ergo corruptio sit mutatiō q̄dā: seq̄tur ꝙ p⁹ vltimā mutatiōez sint aliq̄ mutatiōnes cū ergo hoc sit impossibile sequitur ꝙ mot⁹ in perpetuū duret. He igitur rationes sunt ex quibus Ar. probare intendit motū semper fuisse ⁊ nūq̄ deficere quod quidem quantum ad vnam partē fidei nostre repugnat .s. ꝙ ponatur motus semper fuisse. nihil enim scdm fidem nostrā ponit semper fuisse nisi solus deus qui est oio immobilis: nisi forte quis ipsū diuinum intelligere velit mo

minare motum ꝙ equiuoce intelligit. Non enim de tali motu Ar. hic intelligit: sed de motu proprie dicto. Quāuis vero ad aliā partē nō omnino sit cōtrariū fidei: qꝛ vt supra dictū est non agit Ar. de motu celi sed vniuersaliter de motu: ponimus aūt sm̄ fidem nostrā substātiā mundi sic quādoque incepisse qꝺ tamē nūquā desinat esse. ponimus etiā ꝙ aliqui motus semper erunt: presertim in hominibus qui semper remanebūt incorruptibilē vitā agētes vel miseram vel beatā. Quidā vero frustra conantes Ar. ostēdere non cōtra fidem locutū esse dixerunt ꝙ Ar. non intendit hic probare quasi verū ꝙ motus sit perpetuus: sed inducere rationem ad vtranqꝫ partem. q. ad rē dubiā. ꝙ ex ipso modo procedendi friuolum apparet. ⁊ primo qꝛ perpetuitate tēporis ⁊ motus. q. principio vtitur ad probandum primū principiū esse. ⁊ in hoc octauo ⁊ xi. meta. Unde manifestum est ꝙ supponit hoc tanq̄ probatum. Sed si quis recte rationes hic positas consideret huiusmodi rationibus veritas fidei efficaciter impugnari non pōt. sunt enim hu9 rōnes efficaces ad probandū ꝙ motus non inceperit per viā nature: sicut ab aliquib9 ponebatur: sed ꝙ non inceperit. q. rebus de nouo productis a primo rerum principio: vt fides nostra ponit hoc: his rationibus probari nō potest. quod patet singulas illationes hic positas considerāti. Cum enim querit si mot9 nō fuit vtrum mouentia ⁊ mobilia semper fuerunt vel non. Respondendum est ꝙ primū mouens semper fuit. oīa vero alia. siue sint mouentia siue mobilia non semper fuerunt. sed inceperunt eē a cā vniuersali totius esse. Ostēsū est aūt supra ꝙ productio tot9 esse a cā prima essendi nō ē mot9: siue ponatur ꝙ hec rerum emanatio sit ab eterno siue non. sic ergo non sequitur ꝙ ante primam mutationem sit aliqua mutatio. Sequeretur autem si mouentia ⁊ mobilia essent de nouo producta in esse ab aliquo agente particulari quod ageret aliquo subiecto presupposito quod transmutaret de non eē in esse siue de priuatiōe ad formam. de hoc enim modo incipiendi procedit rō Ar. Sꝫ qꝛ ponim9 saltē vl̄ primū motorē semꝑ fuisse. Rñdendum restat sequenti ei9 deductioni qua concludit ꝙ si preexistentibus mouentibus ⁊ mobilibus incipiat de nouo eē motus: oportet ꝙ mouentia vel mobilia prius non essent in hac dispositione in qua sunt dū ē motus. ⁊ sic oꝫ ꝙ primam mutationē precedat aliq̄ mutatiō. ⁊ si quidē de ipso motu loq̄mur facilis ē solutio. Non enim mobilia pri9 erant in hac dispositione in q̄ nūc sunt: qꝛ pri9 non erant: vñ moueri nō poterant: sed sicut deū est ipm̄ esse: nō acquisiuerunt per mutationem vel motum: sed per emanationē a primo rerū principio. ⁊ sic nō seqtur ꝙ añ primam mutatiōnem sit aliq̄ mutatio. Sed vlterius remanet qꝺ de prima rerum ꝑductione. Si enī primū principiū qꝺ ē deus nō aliter se hꝫ nūc q̄ prius: nō magis nūc res ꝑducit q̄ prius: Si vō aliter se hꝫ: saltē mutatio q̄ est ex pte ei9 erit prior mutatione q̄ ponit prima. Et q̄dē si eēt agēs ꝑ naturā tm̄ ⁊ nō per volūtatē ⁊ intellectū ex necessitate concluderet ratio. Sed qꝛ agit per volūtatem pōt ꝑ volūtatē eternā producere effectū nō eternū: sicut intellectu eterno pōt intelligere rem non eternā. res enī itellecta ē quodāmō principiū actionis in agentib9 per volūtatē: sicut forma naturalis in agentibus ꝑ naturā. Sed adhuc magis istat. non. n. videm9 ꝙ volūtas postpōat facere qꝺ vult nisi propter hoc ꝙ aliquid expectat in futurū quod nōdum est in presenti: sicut si volo facere ignē non nunc sed postea expectatur in futurū frigus cuius cā facio ignē: vel admimus expectatur presentia tpis. Quod aūt tempus succedat post tēpus hoc non est absqꝫ motu. non ergo potest eē ꝙ voluntas etiā si ponatur immutabilis postponat facere id quod vult nisi aliquo motu interueniente. ⁊ sic nō potest esse ꝙ noua productio rerū proueniat a voluntate eterna: nisi mediantibus motibus succedentib9 sibi in infinitū. Latet aūt sic obiiciētes ꝙ hec obiectio ꝓcedit de agente in tpe qꝺ .s. agit tpe ꝑsupposito. In huius enī actōne q̄ fit in tēpore: oꝫ ꝯsiderare aliq̄s determinatā habitudinē ad hoc tēp9: vel ad aliqd eoꝝ que sunt in hoc tpe: vt fiat magis i hoc tempore q̄ in alio. Sed hec ratio locū nō hꝫ in agēte vl̄i qꝺ ⁊ ipsū tēpus sil' cū ceteris ꝑducit. cū enī dicimus res nō semꝑ fuisse a deo ꝑductas: non intelligamus ꝙ infinitum tēpus precesserit in quo deus ab agēdo cessauerit: ⁊ postmodum tempore determiato agere cepit. Sed ꝙ de9 tēpus ⁊ res simul in eē ꝑduxerit postq̄ nō fuerāt. ⁊ sic nō restat i diuina volūtate. cōsiderandum ꝙ voluerit facere res nō nunc sed postea quasi tempore determinato iā existente. sed considerandū solum est hoc ꝙ voluit ꝙ res ⁊ tempus durationis earū inciperent esse postq̄ non fuerant. Si autem queratur quare hoc voluit: sine dubio dicendum est ꝙ propter seipsum. sicut enim propter seipsū res fecit vt in eis sue bonitatis similitudo manifestaretur. Ita voluit eas nō semꝑ esse: vt sua sufficentia manifestaretur in hoc ꝙ omnibus aliis non existentib9 ipse in seipso omnē sufficientiam beatitudinis habuit ⁊ vtutis ad rerū productionē. ⁊ hoc quidē dici pōt quātum humana ratio capere potest de diuinis saluo tamen secreto diuine sapientie quod a nobis cōprehendi nō pōt. Quia igitur rationum solutio procedit supponendo ꝙ tempus nō fuerit semper: restat soluere rationem per quam ostendi videt tempus semper fuisse. ⁊ ideo forte Ar. post rationem de motu posuit rationem de tempore: quia considerauit ꝙ premissa ratio de motu efficaciam non haberet nisi poneretur tempus eternum. ꝙ ergo ponit ꝙ quandocunqꝫ ē tempus necesse est ponere aliquod nunc esse: indubitanter concedendum est. Nunc autem omne esse principiū ⁊ finem temporum concedi non oportet: nisi ponatur etiā motum semper esse: vt scilicet quodlibet indiuisibile in motu acceptum quod momentum dicitur: sit principiū ⁊ finis motus. Sic enim habet se nunc ad momentū: sicut tempus ad motum si ergo ponimus motū non semper fuisse: sed est accipere aliquod primum indiuisibile in motu ante quod nihil fuit motus: erit etiā accipere aliquod nunc in tempore ante quod non fuit aliquod tempus. Iā autem ostendimus exponendo litterā: ꝙ id quod Auerrois dicit ad hanc rationem confirmandam efficaciam nō habet: sed nec illud quod Ar. ad hoc ponit: scilicet ꝙ prius ⁊ posterius non sunt sine tempore efficax esse potest. cum enim dicimus ꝙ principium temporis est ante qꝺ nihil eius est: non propter hoc oportet ꝙ ipsum nunc qꝺ est principiū temporis precedat tempus quod significatur cum dicitur ante. sicut si in magnitudine dicam ꝙ principium magnitudinis est extra quod nihil est eius: non oportet ꝙ extra illud principium significet aliquem locū in rerum natura existentem: sed imaginabilem tantum: alioquin esset ponere locum extra celū cuius est magnitudo finita habens principium ⁊ finem. Similiter etiā ⁊ primum nunc quod est principium temporis non precedit tempus in rerum natura existens: sed secundum imaginationem nostram tantum. ⁊ hoc tempus designatur cum dicitur ꝙ primum nunc est principiū temporis añ quod nihil est temporis. Vel potest dici ꝙ cum dicitur principium temporis est ante quod nihil est temporis: li ante non remanet affirmatiuum sed negatur: ⁊ sic non oportet ponere tempus ante principium tēporis. in his enim que sunt in tempore accidit ꝙ eorū principio tempus aliquod preexistat: sicut cum dicitur ꝙ principium iuuentutis est ante ꝙ nihil est de iuuentute: potest intelligi li ante etiam affirmatiue: quia iuuentus tempore mensuratur: tempus autem non mensuratur tempore. Unde eius principio tempus non preexit: ⁊ sic li ante quod ponitur in diffinitione principii temporis: non oportet ꝙ remaneat affirmatum sed negatur. Est autem ante tempus aliqua duratio scilicet eternitas dei que non habet extensionem aut prius ⁊ posterius sicut tempus: sed est tota simul. ⁊ non est eiusdem rationis cum tempore: sicut nec magnitudo diuina cum magnitudine corporali. sicut ergo cum dicimus extra mundum non esse nisi deum: non ponimus aliquam dimensionem extra mundum: ita cū dicimus ante mundum nihil fuisse: non ponimus aliquā successiuam durationem ante mundum

Lec. 6

phy. lec. 13. ⁊ vltima vl' 12. lec. 5.

Ed non aliquando quidem erat: aliquando autem non. Et nanq3 aſſimilatur ſic dicere figmento magis.

Lectio tertio.

p

Oſtquam Philoſophus poſuit rationes ad oſtēdēdū motū ſp eē: hic pōit rōes ꝯtra Anax. ⁊ Ēped. q ꝯtrariū pōebant. ⁊ circa hoc duo facit primo ponit rōez ꝯtra eoꝝ poſitionē. ſcđo ꝯtra rōez quā ſupponebāt ibi. (Similr āt ⁊ dicere ⁊c̄.) Dicit ergo pr̄io ꝙ cū oſtēſum ſit ꝙ mot⁹ ſp ēnō erit dicēdū ꝙ aliqñ ſit motus ⁊ aliqñ nō: ſicut dixerūt Emped. ⁊ Anax. ſic eni dicē ſicut ipſi poſuerūt aſſimulatˀ cuidā figmēto: q̄r. ſ. abſq3 rōe hoc ponebāt. oē eni qđ ponitˀ abſq3 rōe vel auctoritate diuina fictitiū eē vr̄. auctoritas āt diuina p̄ualet ēt rōi humane multo magis q̄3 auctoritas alicuius phi preualeret alicui debili rōni quā aliquis puer īduceret: nō ergo aſſimulantˀ figmēto que per fidez tenentˀ: ſ3 abſq3 rōne creduntˀ. credim⁹ eni diuine auctoritati miraculis approbate. i. illis operibus que ſolus de⁹ facere poteſt. ¶ Deinde cum dicit.

Co. 14.

Similiter aūt ⁊ dicere: quia aptuz natum ſic eſt: ⁊ hoc oportet opinari eē principium: ſicut videtur vtiq3 Emped. dicere: ꝙ tenere ⁊ mouere in parte amiticiam ⁊ diſcordiam ineſt rebus ex neceſſitate: quieſcere autez inter tempus. Fortaſſis autem ⁊ vnū principiuz facientes ſicut Anaxagoras ſic vtiq3 dicerent.

Lec. 2.

Co. 15.

¶ Obijcit contra rōnez cui innitebantˀ. ⁊ circa hoc tria facit. pr̄io ponit iſtā rōnez eſſe inconueniētē. ſcđo oſtēdit ꝙ inconueniēter erat ſm̄ poſitionē Anax. q̄3 ſm̄ poſitionem Emped. ibi. (At vero nihil inordinatū ⁊c̄.) Tertio oſtēdit ꝙ nec ſm̄ opinionē empedoclis cōuenienter ſe hab3 ibi. (Sed ⁊ oportet hoc dicētez). Dicit ergo primo ꝙ ſimiliter etiā hoc videtur eē fictitiū ꝙ aliquis ponēs motū quandoq3 eſſe ⁊ quandoq3 non eē dicat hoc pro rōne: ꝙ hoc iō eſt q̄r natū eſt ſic eē: ⁊ ꝙ hoc oportet accipere tāq̄3 principiū ſicut emped. videtur dicere: ꝙ hoc ꝙ res ī parte temporis teneant amititiā: ⁊ in parte tēporis teneāt diſcordiaz ⁊ moueantur: ⁊ ꝙ in medio tp̄e quieſcant: ineſt rebus ex neceſſitate: ſicut ſi aliquis diceret quare calidū calefacit q̄a ſic neceſſe ē eſſe: ⁊ h̄ accipiatˀ. q. pr̄icipiū ꝙ calidū calefaciat. Similr̄ accipiebat Emped. q. pr̄icipiū ꝙ neceſſe eſt ſic eē: quandoq3 res moueri per amicitiā q̄n q3 diſcordiam ⁊ quandoq3 quieſcere ⁊ forte etiam eodē modo diceret Anax. ⁊ alij ponentes vnū principiuz activum: q̄r oportet hoc accipere. q. pr̄incipiū ꝙ motus inceperit poſtq̄3 ī infinito tp̄e nō fuit. ¶ Deinde cum dicit.

At vero nihil inordinatum eorum que natura ⁊ ſcđm naturaz ſunt. Natura enim omnibus cauſa ordinationis eſt. infinitum autem ad infinitū nullā rōnez h3: Ordinatio aūt ois rō eſt. Infinito aūt tp̄e quieſcere: poſtea motū eē aliquādo: huius āt neq3 vnā differentiaz eē quare nūc magis q̄3 prius. Neq3 iteꝝ aliquā ordinationē habere nō iā nature ē opus. Aut eni ſimpliciter ſe h3: qđ ē nature: ⁊ non aliquādo quidē ſic: aliqñ vero aliter: vt ignis natura ſurſum fertur: ⁊ nō aliqñ quidē ſic: aliqñ vero non aut rōnez h3 qđ non eſt ſimpliciter. Quare dignius eſt ſicut Emped. ⁊ ſiquis alter dixit ſic habere in parte quieſcere omne ⁊ moueri iterū. Ordinationē eni iā habet quādā hmōi.

¶ Oſtēdit ꝙ hac ratiōe icōuenienti⁹ vtebatˀ Anax. q̄3 Emped. manifeſtū eſt eni ꝙ cū ponitur aliquid eſſe. q. principiū oportet accipere ꝙ hoc ſit ſm̄ rei naturam: ⁊ hoc eſt vt natura rei ſit talis ꝙ hoc ei conueniat: ſic enim accipimus. q. principium ꝙ omne totum maius eſt ſua parte: q̄r hoc eſt de ratione ⁊ natura totius: quod excedit partis q̄ntitatez. Unde Emped. dicebat. (Sic aptum natuz ē eſſe.) dans intelligere ꝙ hoc eēt accipiendū. q. principiuz ⁊ ſimiliter Anax. diceret: licet non exprimeret. ſed manifeſtuz eſt ꝙ nulla res naturalis nec aliquid eoruz que naturaliter rebus conueniunt pōt eē abſq3 ordine: quia natura eſt cauſa ordinationis. videm⁹ enim naturam in ſuis operibus ordinate de vno in aliud procedere. quod ergo non habet aliquem ordinem non eſt ſecundū naturaz: nec poteſt accipi vt principium: ſed duo infinita non habent ordinem ad inuicem quia infiniti ad infinitum nulla eſt ꝓportio. ois autez ordo proportio quedā eſt. Sic ergo p3 ꝙ quieſcere res tēpore infinito ⁊ poſtea incipere moueri per infinituz tempus: ſine hoc ꝙ ſit aliqua differētia īter hoc tempus ⁊ illud quare nunc magis q̄3 prius motus fiat: neq3 iterum aſſignare aliquam aliam ordinationem inter aliqua duo quorum vno deficiente alterum incipiat ⁊ fiat motus: vt Anax. ponebat: hoc non eſt opus nature. quia quicquid eſt ī natura aut ſemper. (ſimplicitˀ) .i. eodem modo ſe habet. ⁊ non aliquando. ſic aliquando autem aliter. ſicut ignis ſemper ſurſu3 fertur. Aut aliqua ratio eſt quare non ſemper eſt eodem modo ſicut nō ſemper animalia creſcunt. ſed quandoq3 diminuūtur. ⁊ hoc habet aliquam rationem. Sic ergo non videntur ſecundum naturam procedere ꝙ infinito tempore res quieuerint ⁊ poſtmodum moueri inceperint. vt Anax. poſuit. Unde melius eſt ꝙ dicatur ſicut Emped. dixit: vel quicunq3 alius ſimiliter opinatus eſt. ꝙ totum vniuerſum in quadā parte temporis quieſcit ⁊ iteruz mouetur in alia parte temporis. quia iam hoc poteſt habere aliq̄3 ordinationem. finiti enim ad finitum poteſt eſſe proportio. Eſt autem conſiderandum ꝙ ſententia fidei noſtre non eſt ſimilis poſitioni Anax. Non enim ponimus ante mundū infinita ſpacia temporis cuius ſit neceſſe accipere proportionez ad tempus ſequens ſed anteq̄3 mundus inciperet ſola dei ſimplex eternitas fuit. ſicut dictum eſt. que ē omnino extra genus temporis. ¶ Deinde cum dicit.

Sed ⁊ o3 hoc dicentem non affirmare ſolū ſed cā3 ipſius dicere: ⁊ non apponere nihil: neq3 velle dignitatem irrationabilem: ſed aut inductionem aut demōſtrationem ferre. Hec quidem enim non cauſe poſite ſunt: neq3 ī hoc erat amicitie vel inimicitie eē. Sed huiuſmodi quidē congregare. illius vero diſgregare. Si vero determinetur qđ eſt in parte: dicēdum eſt in quibus ſic ſunt. ſicut q̄r eſt aliquid ꝙ cōgregat homines amicitia: ⁊ fugiunt inimici ab inuicem. Hoc enim ſupponitur ⁊ in toto eē: videtˀ enim ⁊ in quibuſdam eē ſic: ꝙ autē ⁊ ſecūdū equalia tempora: indiget aliqua ratiōe.

¶ Oſtēdit ꝙ nec ēt Emped. ꝯuenit p̄dicta rō. ⁊ p̄mo oſtēdit poſitū. ſcđo excludit quādā falſa3 exiſtimatiōez ibi. (Omno eni exiſtimare ⁊c̄.) Dicit ergo pr̄io ꝙ ēt q h̄ dicit ꝙ Emped. dixit nō op3 ꝙ ſolū affirmet ꝙ dicit. ſ3 ēt ꝙ aſſignet cā3 ſui dicti. ⁊ ꝙ nihil ex ſe appōat vltra id qđ cā aſſignata req̄rit. neq3 ēt aliqđ velit accipere vt dignitatē. i. vt principiū abſq3 rōe. S3 o3 ꝙ adducat ad manifeſtationē eius quod accepit. q. principiū: aut inductionem ſicut in principijs naturalibus que ex ſenſibilium experimento accipiūtur: aut demonſtrationem: ſicut in principijs q̄ per principia priora demonſtrantˀ. Sed hoc Emped. non ſeruat. eſto enim ꝙ ipſe ponat amiticiam ⁊ litem eſſe cauſas tū

non est de ratione amicitie vel inimicitie q̄ vnum eorū post alterū moueat. non est enī de rōne amicitie q̄ in inimicitiā conuertatur: nec econuerso sed de ratione amicitie est q̄ congreget: de ratione vero inimicitie est q̄ disgreget. sed si vlteri⁹ determinetur q̄ in quadam parte tēporis hec cōgreget: et verum in quadā pte temporis illa disgreget: hē vlterius manifestādū in aliquibus particularib⁹ in qb⁹ hoc ptingat. sicut q̄ amicitia congreget. et inimicitia disgreget: māifestat̄ in hoīb⁹: q: amicitia homines adunant ad inuicē inimicitia vero fugiunt ab inuicē. et ideo hoc ab Emped. supponitur eē i toto vniuerso: q: videt̄ esse in aliquibus sic. Sed q̄ fm̄ eq̄lia tp̄a moueāt successiue amicitia et inimicitia: hoc indiget aliqua ratiōe manifestante: non enim videtur hoc in oībus contingere.

Deinde cum dicit.

Idez in. 2. lib. d̄ generatione animalium.

Omnino. n. existimare pricipiū hoc eē sufficiēs qd̄ sp̄ aut ē sic: aut fit: nō recte se habz opinari. In quo democritus reducit de natura causas q̄ sic et qd̄ prius factū ē: ipsius autem semper noluit principium querere: in quibusdam dicens recte. Qd̄ autem in oībus non recte. Et enī trigonū semp̄ habet duobus rectis equales angulos: sed tamen ē perpetuitatis huiusmodi altera cā: principiorum igitur non est altera cā: sz p̄petua sunt. Quod quidem igitur nullum tempus erit: neqz erat: quando mot⁹ non erit: siue non erat: tanta dicta sunt.

Co. 16.

Excludit quādā falsam existimationē. posset enī aliqs credē q̄ qcq̄d semper est nō hz cām propter hoc q̄ videmus ea que apud nos causantur de nouo incipere et iō videbatur aliquib⁹ q̄ quando reducebat̄ aliq̄ questio in aliqd qd̄ ē semper: nō oporteret vlterius causam seu ratōnem querere. Sic ergo posset Emp. dicere q̄ amicitia et lis semper fm̄ equalia tempora mouerunt: et ideo non ē querenda huius alia ratio. Hoc ergo Ar. remouet dicēs q̄ non recte se habet opinari q̄ aliquid existimet̄ esse pricipiū propter hoc q̄ semper aut sic est: aut sic fit. Ad hoc enī Democrit⁹ reducebat omnes causas nāles assignans principium his que de nouo fiunt sed eius qd̄ est semp̄ nolebat aliqd̄ pricipiū querere: quod quidē in aliquibus recte dicitur: sed non in omnibus. Manifestum est enim q̄ triāgulus semper habet tres angulos. equales duob⁹ rectis. Sed tamen huiōi p̄petue passiōis est altera cā. sed aliqua perpetua sunt sicut pricipia quoz nō ē alia cā. Est aūt valde notandū q̄ hic dicit: q: vt in secūdo meta. habet: eadez est dispositio rerum in esse. et in veritate. sicut igitur aliq̄ sunt semper vera et tamē habent cām sue veritatis. Ita Aristoteles intellexit q̄ essent aliqua semp̄ eētia. s. corpora celestia et substantie separate: et tamen haberent cām sui esse. Ex quo patet q̄ q̄uis Ar. poneret mūdum eternū: non tn̄ credidit q̄ deus non sit cā essendi ipi mūdo: sed causa motus eius tātū. vt quidā dixerūt. Vltimo aūt concludit principale propositū epilogando. et dicit tanta dicta esse de hoc q̄ nullū tempus erit in futuro. neqz erat in preterito. in quo aliquis motus non sit.

Lec. 2.

Contraria autez his non difficile ē soluere. Videbitur autem ex huiusmodi considerantibus contingere maxime motum esse aliquando: cum non est omnino. Primum quidē: q: neqz vna perpetua mutatio est. Mutatio enim omnis apta nata ē ex quodam in quiddam. Quare necesse est omnis mutationis terminuz esse contraria in quibus fit. Infinitum autem moueri nullum.

Lectio quarta.

Postquam Philosophus posuit rōnes ad probandū motū semp̄ esse. hic itēdit soluē ea q̄ i cōtrariū obijci possunt et circa hoc duo facit p̄mo pōit rationes. 2ᵒ soluit eas ibi. (Morū āt priuz.) Circa primū ponit tres rationes p̄mittens suā intētionē. et dicit q̄ ea q̄ i cōtrariū obijci pnt nō ē difficile soluere. Ex trib⁹. n. rōnib⁹ vr̄ maxie seq̄ q̄ mot⁹ aliqn̄ incipiat eē cū prius omnino nō fuerit quaz prima est qua supra p̄bauit in. vi. q̄ nulla mutatio ē infinita. eadem enī rōne p̄bari pōt q̄ nulla mutatio sit perpetua. nulla enī mutatio terminata est perpetua. sicut nec infinita. sed omnis mutatio est terminata omnis enīz mutatio naturalit̄ est ex quodā in quidā. et ista duo sunt contraria. vnde necesse ē q̄ terminus cuiuslibet mutationis sint ipsa contraria in quibus fit transmutatio. sed q: non in oī motu locali manifesta est cōtrarietas terminorū subiungit q̄ est cōmune oī motui q̄ nihil mouet̄ in infinitū. quia nihil mouetur ad id ad qd̄ pertingere nō pōt. vt in. vj. dictum est. Sic ergo patet q̄ nulla mutatio est perpetua sic nec infinita videt̄ etiā possibile dare tēpus in quo nulla mutatio sit et hec prima ratio accepta est ex parte motus. Secunda ratio accipitur ex parte mobilis q̄ ponit ibi.

Lec. vltima

Lec. vltima.

Amplius videmus quoniam possibile ē moueri: neqz quod mouetur: neqz habens in seipso: neqz vnuz motuz: vt in inanimatis quorum neqz pars vlla: neqz totum mouetur: sed quiescens mouetur quandoqz. Conuenit autem aut semper moueri: aut nequaqz: si quidē non fit: cum non sit existens.

Co. 17.

Que talis ē si mot⁹ nō pōt fieri de nouo cū p̄us nō esset vr̄ eē cōueniēs dicē de vno q̄qz qd̄ vel semper mouet vl̄ nequaquā moueatur. quia si in vno mobili potest quādoqz mot⁹ esse et quādoqz non esse pari rōe i toto vniuerso. Sz videm⁹ q̄ possibile ē aliqd moueri qd̄ pri⁹ non mouebat̄ fm̄ totū. neqz aliquē motū in seipso habebat fm̄ aliquā sui partē. sicut apparet in reb⁹ inanimatis in quib⁹ alīqd̄ mobile qn̄qz moueri incipit cū antea nulla ps eius moueret̄ neqz ipz totū. sz oīno quiesceret. Relinquit̄ ergo q̄ in toto vniuerso potest esse motus cum prius non fuerit.

Multo autem magis huiusmodi esse in animatis manifestum est. Neqz vnus quidez in nobis cum sit motus aliquando: sed quiescentes tamen mouemur aliquando: et si nihil extra moueat. Hoc enim in inanimatis eē non videmus similiter: sed semper moueri ipsa aliquid exteriorum alterum. Aliquando autem animal dicimus ipsuz se mouere. Quare siquidem quiescat aliquando penitus: in immobile motus vtiqz fiet ex ipso et nō ab extra. Si autem in animali hoc possibile fieri: quid prohibet idem accidere et secundum omne. Si nāqz in paruo mundo fit: et in magno. et si in mundo et in infinito. si quidem contingit moueri infinitum et quiescere totum.

Sz q: i reb⁹ inaiatis lz appeat mot⁹ i aliq̄ de nouo incipē nullo motu p̄existēte i illo eodē. appeat tn̄ motus p̄existēs i aliq̄ exteriori a q̄ mouet̄. Iō tertiā rōez pōit ex pte animalium que non mouent̄ ab extrinseco: sed a seipsis et hoc ibi. (Multo autē magis) Et dicit q̄ incipere motū cū prius non esset. multo magis est manifestum in rebus aiatis q̄ inaiatis. cum enī nos quieuerimus aliquando nullo motu in nobis existente. aliquando moueri incipimus. et est ex nobis ipsis principium nostri motus et si nihil extrinsecū moueat. quod quidē in rebus inaiatis

nō contingit: sed semper aliquid extrinsecum mouet ipsa vel generans vel remouens prohibens vel violentiaꝫ inferens. Ex quo sequitur ꝙ si animal quandoqꝫ totaliter quiescat: ꝙ in aliquo immobili incipiat esse motus cum prius non fuerit: non ex aliquo extrinseco mouente: sꝫ ab ipso fiet quod mouetur. ⁊ si hoc potest esse in animali nihil prohibere videtur quin idem accidat in vniuerso habet enim animal ⁊ maxime homo similitudineꝫ quandā cum mundo. Unde dicit a quibusdam ꝙ hō sit paruus mundus. ⁊ sic si in paruo mundo incipit motus cum prius nō fuerit: videtur ꝙ etiam in magno mundo ideꝫ possit contingere. ⁊ si hoc contingat in mūdo: potest etiam cōtingere in toto infinito ꝙ quidā posuerunt extra mundū si tamen sit aliqđ īfinitū quod possit quiescere ⁊ moueri.

¶ Deinde cum dicit.

Co.18. Horum autem primum quidem quod dictum est non eundem semper ⁊ vnum numero esse motū qui est in contraria: recte dicitur. Hoc enim fortassis quidem necessarium est: si quidem non semper vnum ⁊ eundem esse possibile est eiusdem ⁊ vnius motuꝫ. Dico autē: sicut vtrum vnius chorde vnus et idem son⁹: aut semper alter similiter se habente et mouente: sed tamen qualitercūqꝫ se habet: nihil prohibet et quendam eundem esse: qui perpe- Co.19. tuus et continuus est. Manifestum vtiqꝫ erit magis ex his que posterius.

¶ Soluit ꝑ ordinē rōnes premissas in solutiōe ergo prime rationis dicit ꝙ istud recte dicit: ꝙ motus qui ē inter cōtraria nō pōt semꝑ durare vnus ⁊ idem numero. quia Tex.15. forte hoc est necessariū vt infra probabitur. ⁊ ideo ponit sub dubitatione quia nundum erat probatū. sed q: posset aliquis dicere ꝙ etiam motus qui est inter contraria potest esse semper vnus numero propter idemptitateꝫ mobilis: quod iterato de contrario in ꝯtrariū mouetur: sicut si pri⁹ mouebat de albo in nigrum: postea moueatur de nigro in albū: ⁊ sic semper: ideo subiungit ꝙ non est possibile ꝙ semper mot⁹ qui est vnus ⁊ eiusdē mobilis ꝑ reiterationē sit vn⁹ ⁊ ideꝫ. ⁊ hoc manifestat per exēplū ponat enim ꝙ chorda cithare similiter se habeat. ⁊ mouens qui percutit chordā similiter se habeat in mouendo ꝑo test esse dubitatio vtrū vni⁹ chorde bis percussē sit vn⁹ ⁊ idem motus ⁊ sonus: aut sit alius ⁊ alius: sed tamen qcquid sit de aliis mobilib⁹: nihil tñ ꝓhibet qn aliqs motus q non est inter cōtraria sicut circularis mot⁹ idē semꝑ maneat ꝯtinuus ⁊ perpetuus qđ magis ex sequentibus erit manifestum. lꝫ ergo ōis motus sit finitus secundū terminos tñ ꝑ reiteratiōeꝫ aliqs mot⁹ pōt eē ꝯtinu⁹ ⁊ ꝑpetu⁹:

¶ Deinde cum dicit.

Moueri autem quod non mouetur nullum inconueniens est. Si aliquando quidem sit extrinsecus mouens: aliquando autem non. Nihil enim aliud dubitat hoc dicens: quapropter non semper alia quidem quiescunt eoruꝫ que sunt: alia vero mouentur.

¶ Soluit scđaꝫ rōnē ⁊ dicit ꝙ nullū icōueniens ē si aliqđ inanimatū icipiat moueri cū pri⁹ nō moueret: si hoc accidat ꝓpter hoc ꝙ mouēs extrinsecus aliqñ sit pñs aliquādo non. Manifestū enī ē ꝙ oꝫ preexistere motum ex parte mouentis qđ aliqñ sit propter cū prius nō esset. sꝫ istud videtur esse inquirendū qñ dubiū. s. si existente mouente idē ab eodē qñqꝫ moueat ⁊ quādoqꝫ nō. hoc enīꝫ supra Tex.2. dixit nō posse accidere nisi precedēte mutatione vel ex ꝑte mobilis vel ex parte mouētis: ⁊ sic semper ꝑexistit motus siue ꝑexistat mouēs siue nō. Jđ antē hoc vr̄ querēdū q: ille ꝑ hāc rōnem idurit de nullo alio videt dubitar ꝙ ꝓpter qđ quiescentia nō semper quiescunt ⁊ mobilia nō semper mouentur.

¶ Deinde cum dicit.

Co.20. Maxime autem vtiqꝫ videbitur tertium habere dubitationē: ꝙ fit cum insit prius motus: ꝙ accidens est in animatis. Quiescens enim prius post hoc vadit mouente exteriorū nullo: sicut videtur. hoc autem falsum est. Conspicimus enim semper aliquid motum in animali naturalium. Huiusmodi autem mot⁹ non animal causa est: sed continens forsitan. Ipsū autem dicimus ipsuꝫ mouere se: non scđꝫ omnem motū: sed scđꝫ locū. Nihil igit prohibet. Magis aūt fortassis necessariuꝫ ē in corpore multos fieri motus a continente. Horum autē quosdam intellectum aut appetitum mouere. Illum autem totum iam animal mouere quare contingit circa somnos. Sensibilis quidem enim cum neqꝫ vnus insit motus: in existente tamen aliquo surgunt animalia iterum. Sed nanqꝫ manifestum erit ⁊ de his ex sequentib⁹.

¶ Soluit tertiam rōnem. ⁊ dicit ꝙ id quod tertio obiectū est maxime facit dubitare ꝙ possit esse motus cū pri⁹ nō fuerit. sicut videtur accidere ī rebus animatis. videt enim ꝙ animal ꝙ prius quiescebat postmodum moueatur processiuo motu: nullo motu facto ab exteriori. ⁊ sic videtur ꝙ illuꝫ motū animalis nō procedebat aliqs motus: neqꝫ ī ipso animali: neqꝫ ī alio: sicut in rebus nominatis dicebatur. sed hoc est falsuꝫ. s. ꝙ mot⁹ aīalis nō fiat ab aliquo exteriori. Videm⁹ enī semper ī aīalibus aliqđ naturaliter motū qđ. s. nō mouetur ꝑ volūtatē. ⁊ huius qđ mouet naturaliter cā nō est ipsum aīal per suuꝫ appetitū sed forsitan cā huius naturalis mutationis (.i. est continēs) idest aer: ⁊ vlterius corpus celeste: sicut manifeste apparet cum alteratur corpus animalis per calorem aeris et frigus aeris. ⁊ dicit. forsitan. quia in animali etiam aliqđ naturaliter mouetur ab interiori principio: sicut pꝫ in mutationibus que sunt in anima vegetabili: vt apparet in digestione cibi ⁊ in sequentibus transmutationibus que dicuntur naturales q: non sequuntur apprehensionem ⁊ appetitum. ⁊ hoc videtur esse contra id qđ est proprium animalis. s. ꝙ moueat seipsum: ⁊ iđ subiungit ꝙ cū dicimus aīal mouere seipsum nō īelligim⁹ hoc de quolibet motu: sed de motu locali ꝯm quē aīal mouet seipsuꝫ ꝑ apprehensiōem ⁊ appetitū. sic igit nihil ꝓhibet īmo necessariū est ꝙ ī corpore animalis fiāt multe transmutationes a cōtinenti. s. aere ⁊ corpore celesti quarum quedā: mouēt intellectū aut appetitū ex quo vlteri⁹ iaꝫ totū aīal mouet. Est autē considerādum ꝙ hic declarat modum quo corpora celestia in nos agunt: non enim agunt directe in animas nostras sed in corpora: motus autem corporibus ꝑ accidens fit motus in viribus anime que sunt actus corporaliū organorum. Non aūt ex necessitate in intellectu ⁊ in intellectiuo apetitu qui non vtuntur organis corporeis. aliquando tamen intellectus ⁊ voluntas sequuntur aliquas predictarū mutationum: sicut cum aliqs per rationeꝫ eligit vel sequi vel repellere vel aliquid agere ꝓpter passioneꝫ vel in corpore vel in parte sensitiua exortam. ⁊ ideo non dicit ꝙ omnes motus q fiunt a continēte moueant intellectū aut appetitū (sed quidā) vt omnino necessitateꝫ ab intellectiua parte excludat. ponit autem exemplum eorū qui dixerant in dormientibus in quib⁹ maxia quies esse videtur quantum ad animalis motus: cum tamen in eis nullus motus sit sensibilis. i. a sensibili apprehensione procedens. iterum surgunt animalia euigilata propter aliquem motum interius existentem: vel ex opere anime nutritiue: sicut cum digesto cibo deficiunt

euaporationes que ſomnū cauſabāt: ⁊ animal excitat᷑ ſiue cū alterat᷑ corpus a continente per calorē aut frigus. ⁊ ſic diligenter conſiderāti apparet ꝙ nūꝗ̄ in nobis aliquis motus apparet de nouo niſi precedente aliquo alio motu ⁊ hoc promittit ſe in ſequentibus magis manifeſtaturū.

Co. 2.

Principium autem cōſiderationis eſt quod quidem ⁊ dicte dubitationis. ꝗ re quedam eorū que ſunt: aliquando quidem mouentur: aliquando autem quieſcūt iterum. Neceſſe autem aut omnia quieſcere ſemper: aut omnia ſemꝑ moueri: aut alia quidem moueri: alia autem quieſcere. Et iterū horuꝫ aut que mouent᷑ moueri ſemper: que vero quieſcūt quieſcere ſemper: aut omnia apta nata ſunt ſimiliter moueri ⁊ quieſcere aut reliquū amplius: ⁊ tertiū eſt. Contingit enim alia quidem ſemper immobilia eſſe eorū que ſunt alia vero ſemper moueri: alia autem cum veriſ ꝗ accipere: quod quidem nobis dicenduꝫ ē. Hoc enim habet ſolutiones omnium dubitatorum. ⁊ finis nobis eſt huiuſmodi negocii.

Lectio quinta.

Lec. 2.

Poſtquam philoſophus in. vii. oſtenderat ꝙ in mouentibus ⁊ in mobilibus non eſt procedere in infinitū ſed ē deuenire ad aliquod primū ⁊ etiā iā oſtendit ꝙ mot⁹ ſemper fuit ⁊ ſemper erit: vlteri⁹ procedit ad inquirēdū cōditionem primi motus ⁊ primi motoris ⁊ diuiditur in partes duas. in prima oſtēdit ꝙ mot⁹ primus eſt ſempiternus: ⁊ ꝙ primū mouēs ē omnino īmobile. ſecūdo ex hoc procedit ad oſtēdēdū qualis ſit primus mot⁹: ⁊ qualis ſit primus motor ibi (At vero aliō facit prin. ⁊c.) Prima āt ps diuidit᷑ in tres partes. in prima ponit ſub queſtione quandam diuiſionem quinquimembrem. In ſecunda excludit tres partes propoſite diuiſiōis ibi. (Omnia igitur quieſcere ⁊c.) Tertio inquirit de duob⁹ reſiduis mēbris qō eoruꝫ ſit veri⁹: q2 ex hoc depēdet veritas quā inquirere itendit ibi. (Oīa autē velle aliquando quidē ⁊c.) Dicit ergo ꝓ primo ꝙ pricipiū ſequentis ꝯſideratōis q̄ inquirere intendimus de primo motu ⁊ primo motore ē qō pertinet ad dubitatiōeꝫ predictā quā. ſ. mouit ſoluēdo ſcdaꝫ rationem. Unde cōcludit ꝙ quedā aliquando mouentur ⁊ aliquando quieſcūt iterum ⁊ nō ſemper vel mouentur vel quieſcunt. ex quo ponitur motus ſempiternus in cōmuni. ⁊ dicit ꝙ neceſſe eſt diſpoſitionē reruꝫ quantū ad motū vel quietē tripliciter ſe habere. quorū vnus modus ē: vt omnia ſemper quieſcant ⁊ nihil aliquando moueatur ſecundus modus eſt vt omnia ſemper moueātur ⁊ nihil quieſcat. tertius modus eſt ꝙ quedā moueant᷑ ⁊ quedā quieſcant. ſed iſte tertius modus iterū diuiditur in tres modos quorū prim⁹ eſt ꝙ quedā mouent᷑ ⁊ quedā quieſcūt: ita tñ ꝙ ea que mouent᷑ ſemꝑ moueant᷑: ⁊ ea que quieſcunt ſemper qeſcāt: ⁊ nihil ſit ꝙ quandoꝗ̄ moueat᷑ ⁊ qñdoꝗ̄ quieſcat. ſecūdus modus eſt econtrario: ꝙ omnia ſunt nata ⁊ moueri ⁊ quieſcere: ⁊ nihil eſt ꝙ ſemꝑ moueat᷑ vel ſemper quieſcat. terti⁹ mod⁹ huius ſecunde diuiſionis ē: ꝙ alia ſemper ſint immobilia ⁊ nunꝗ̄ moueantur: alia ſemper mobilia ⁊ nūꝗ̄ quieſcāt: alia vero poſſunt accipi ruꝫ vtroꝗ̄. ſ. cuꝫ motu ⁊ quiete: ita ꝙ quandoꝗ̄ moueantur quandoꝗ̄ quieſcant. ⁊ iſtud vltimū mēbruꝫ eſt nobis determinandū pro veritate quia in hoc habentur ſolutiones omniū obiectoꝝ. ⁊ quādo hoc oſtenderimus habebim⁹ finē quē itēdim⁹ in iſto opere. ſ. peruenire ad primū motū ſempiternuꝫ ⁊ ad primū mouens īmobile. ſic ergo tertiū mēbruꝫ prime diuiſionis diuiditur in tria mēbra: ⁊ ſunt in vniuerſo quinꝗ̄ mēbra huius diuiſionis. Eſt autem conſiderandum ꝙ in tribus horum mēbrorum omnia entia ponunt᷑ vnius diſpoſitiōis ſicut patet in primo membro quo dicitur omnia quieſcere: ⁊ in ſecundo quo dr̄ omnia ſemꝑ moueri ⁊ ī quarto ꝙ dicit᷑ omnia quandoꝗ̄ quieſcere ⁊ quandoꝗ̄ moueri. In vno autem mēbro. ſ. ī tertio: diuiduntur entia in duas diſpoſitiones. ſ. ꝙ quedam ſemper moueantur ⁊ quedā ſemper quieſcant. in vno ē mēbro. ſ. ī quīto diuidunt᷑ entia in tres diſpoſitiones: ſcilicet ꝙ quedā ſemper moueant᷑: q̄dā nūꝗ̄ moueant᷑: q̄daꝫ moueant᷑ ⁊ qñꝗ̄ nō moueant᷑. Et cōſiderādū eſt ꝙ ī hoc vltimo mēbro non facit mētionē de quiete ſed de immobilitate: quia primus motor qui nūꝗ̄ mouet᷑ nō poteſt dici proprie qeſcere: quia vt ī quīto dictū eſt: illud proprie quieſcit quod natum eſt moueri ⁊ non mouetur.

Lo. 4.

Deinde cum dicit.

Co. 2.

Omnia igitur quieſcere et huiuſmodi rationem querere. dimittentes ſenſum. infirmitas quedam eſt intellectus. Et de toto aliquo ſed non de parte ambiguitas eſt. Neꝗ̄ ſolum ad phiſicum. ſed ad omnes ſcientias. vt eſt dicere et omnes opiniones: propter id ꝙ motu vtuntur omnes. Amplius autē de principiis importūitates ſicut in rationibus circa doctrinas nihil ſunt ad mathematicum: ſimiliter autem in aliis: ſic neꝗ̄ de eo quod nunc dicitur ad phyſicum. Suppoſitio enim ꝙ natura principium motus ſit.

Excludit tria membra predicte diuiſiōis. ⁊ primo ponit ꝙ non omnia quieſcunt ſemper. Secūdo ꝙ non oīa mouētur ſemper ibi. (Ferre āt adhuc ⁊c.) Tertio excludit tertium membrum quo dicebatur ꝙ que mouent᷑ mouētur ſemper: ⁊ que quieſcunt qeſcūt ſemper ibi. (At vero neꝗ̄ alia quidem) Circa primū tria ponit quoꝝ primuꝫ ē ꝙ ex quadā intellect⁹ infirmitate procedit ꝙ aliq dicāt omnia quieſcere: ⁊ ꝙ inquirant ad hoc aliquam ſophiſticam rōneꝫ dimiſſo ſenſu procedit enim ex hoc ꝙ intellectus nō eſt ſufficiens ad diſſoluendum phantaſticas rationes que repugnant his que ſunt manifeſta ſecundum ſenſuꝫ. Dictū eſt aūt in primo topicorum: ꝙ non eſt curandum diſputare contra q̄ſcūꝗ̄ poſitiones vel problemata de quibus aliquis dubitat indigens ſenſu vel pena. Unde contra iſtam poſitionem non oportet dubitare propter ſtulticiam dicentis. Secundum quod dicit eſt ꝙ iſta dubitatio non eſt de aliquo ꝑticulari ente: ſed vniuerſalit᷑ de toto ente: neꝗ̄ ē ꝑtinet ſolū ad nālem philoſophuꝫ: ſꝫ quodāmodo pertinet ad oēs ſcientias demonſtratiuas: ⁊ (ad omnes opiniones). i. ad omnes artes que vtuntur quibuſdaꝫ opinionibus: ſicut rethorica ⁊ dialectica: quia omnes artes ⁊ ſcientie vtuntur motu: practice quidē q̄ſi dirigentes aliquos motus. Naturalis autē philoſophia ſpeculando naturaꝫ motus ⁊ mobilium. Mathematici etiam vtuntur motu imaginato: dicentes ꝙ punctus motus facit lineam. Methaphyſicus autē cōſiderat de ꝑmis principijs. Sic igit᷑ patet ꝙ deſtruere motum repugnat oībus ſcientijs. error aūt q ꝑtinet ad omnia entia: ⁊ ad oēs ſcīas: nō ē reprobād⁹ a nāli ſed a methaſiſico nō ergo ꝑtinet ad naturalem contra iſtum errorem diſputare. Tertiū qō dicit ē ꝙ irrationabiles ⁊ importune dubitatiōes de ꝑncipijs ī doctrinis mathematicis non ꝑtinēt ad mathematicum vt eas remoueat. ⁊ ſimiliter eſt in alijs ſcientijs. ⁊ ſimiliter nec ad phyſicum pertinet deſtruere huiuſmodi poſitionem que repugnat ſuis principijs. In qualibet enim ſcientia ſupponitur pro pricipio diffinitio ſubiecti. Unde ⁊ in ſcientia que eſt de natura: ſupponitur quaſi principium ꝙ natura ſit principium motus. Sic ergo ꝑ tria media apparet ꝙ ad naturalem non pertinet contra hanc poſitionem diſputare.

capi. 9

Deinde cum dicit.

fo.23.

Fere autē adhuc ⁊ omnia dicere moueri falsum quidem. Minus autem hoc preter artem. positum quidem enim est: quod natura in physicis principium sit motus et quietis. Similiter autem physicum est motus.

¶ Excludit secūdum membrum quo ponebatur ab heraclito omnia semper moueri. ⁊ prīo cōparat hanc opinionem p̄cedenti opiniōi que pōebat omnia semper quiescere: ⁊ dicit q̄ dicere oīa moueri semper vt heraclit' dixit est quidem falsum: ⁊ cōtra principia sciētie naturalis sed tm̄ minus repugnat arti hec positio q̄ prima. ⁊ q̄ quidē repugnat arti manifestū est: q2 tollit suppositiōem sciētie naturalis in qua pōitur q̄ natura nō solum est principium motus: sed etiam quietis: ⁊ sic p3 q̄ similiter naturale est quies sicut ⁊ motus. Unde sicut prima opinio que destruebat motum erat cōtra scientiam naturalem ita et hec positio que destruit quiete3. Idē tamen dixit hāc opiniōem esse minus preter artem: q2 quies nihil est aliud q̄ priuatio motus: q̄ autem nō sit priuatio motus magis pōt latere q̄ q̄ nō sit motus. Sunt enim quida3 motus parui ⁊ debiles: qui vix possunt sentiri: ⁊ sic pōt videri q̄ aliquid quiescat q̄ nō q̄escit: sed motus magni ⁊ fortes latere nō possunt. Unde nō dici potest q̄ decipiatur sensus in perceptiōe motus: sicut in perceptiōe quietis. Et ideo secundo ibi.

Et dicunt quida3 moueri eoru3 que sunt non alia quidem: alia vero non: sed omnia et semper: sed latere hoc nostrū sensu3. ad quos etiam quidē non terminantes qualem motum dicunt aut oēs: non difficile est contradicere.

¶ Ostēdit quōd hanc secundam positiōem aliqui posuerunt: ⁊ dicit q̄ quidam. s. heraclitus ⁊ eius sequaces dixerunt q̄ omnia que sunt semper mouent': nō solu3 quedā aut aliquando: sed motus latet sensum nostrum. qui si loquerentur de aliquibus motibus: eo4 dictum sustineri posset. Sunt enim aliqui motus qui nos latent: sed q2 nō determinant de quali motu loquant' sed dicūt de omnibus motibus. ideo nō est difficile cōtra illos obijcere: q2 multi motus sunt de quibus manifestū est q̄ nō possunt semper esse. Tertio ibi.

Nequ3 enim augeri neq3 minui difficile ē continue: sed est ⁊ medium. Est autem similis ratio huic de eo quod est guttam conterere apta nata ⁊ lapides scindere. Non enim si tantū effodit: aut remouit gutta: ⁊ medium in medio tempore prius: sed sicut nauis tractus est. ⁊ gutte tot tantum mouent. Pars autem illorum in nullo tempore tantum. Diuiditur quidem enim quod remotum est in plura: sed nihil eorum motum est seorsum sed simul. Manifestum igitur quod non est necessarium semper aliquid abire: quia diuiditur diminutio in infinita: sed totum aliquando abire.

¶ Ponit ratiōes cōtra opiniōem predicta3. ⁊ primo q̄tum ad motum augmenti. Sc̄o quantum ad alteratiōis motum. ibi. (Similiter aūt ⁊ in alteratiōe.) Tertio quantu3 ad motum localē ibi. (Et sm̄ q̄ ferr̄ ⁊c.) Ideo autē ab augmēto incipit: quia heraclit' maxime inducebat' ad suam positiōem ex cōsideratione augmenti. Uidebat enim aliquem augeri sm̄ aliquam modicam q̄titatem in vno anno ⁊ supponēs augmentum eē cōtinuū: credebat q̄ in qualibet parte illi' temporis sm̄ aliquid illius quantitatis augeretur: ⁊ tm̄ non sentitur istud augmentum: q2 fit in modica temporis parte: ⁊ sic arbitrabatur esse in alijs que videntur quiescere. dicit ergo contra hoc Ar. q̄ non est possibile cōtinue aliquid augeri vel minui: ita. s. q̄ q̄titas aucta diuidatur secūdū tempus: ita q̄ in qualibet parte aliquid eius augeatur. sed interponitur medium tempus post augmentū vnius partis in quo nihil augetur: s3 fit diuisio ad augmētum sequētis partis. ⁊ hoc manifestat per similia. quorū primum est: q2 videmus q̄ gutta pluries multiplicata conterit lapidem: secundum exemplum est: q2 videmus q̄ nascentia. i. plante in lapidibus nascētes lapides diuidūt: sed nō possumus dicere q̄ si gutta multiplicata tantum fodit vel remouet de lapide in tanto tēpore q̄ medietas guttarum prius in medio tempore remouerit medietatē illius quantitatis: sed ita conuenit hic sicut in trahentibus nauem. nō enim si centū homines trahunt nauem per tm̄ spacium in tāto tempore: sequitur q̄ media pars illorum moueat per medietatem spacij ī eodem tempore: vel per idem spaciū in duplo tempore. vt in. vij. dictū est. ita etiam nō sequitur si multe gutte effodiunt lapidem: q̄ aliqua pars illa3 gutta3 prius remouerit medietatem in aliquo tēpore. ⁊ huius rō est: q2 illō qd remouet' a lapide per multas guttas est quoddam diuisibile in plura. sed tm̄ nō seorsum aliquid illorum plurium a lapide remouet': sed simul omnes partes prout sunt in potentia in toto remoto. ⁊ loqtur hic de primo qd remouetur. nihil enim prohibet per lōginquum tēpus aliqua3 tam magnam q̄titatem remoueri a lapide per guttas q̄ etiam aliq̄ pars remota est prius per partem guttarum: est tamen deuenire ad aliquod quātū remotum quod totum simul remouetur ⁊ non pars post parte3. In remotiōe ergo illius toti' nulla gutta3 precedentium aliqd remouebat: sed disponebat tm̄ ad remotiōem: vltima autē agit in virtute omnium: remouendo id ad cuius dispositionem cetere disponebant. ⁊ similiter etiam est in motu diminutionis. non est enim necessariū q̄ si aliquod decrescat tantū in tanto tempore: l3 illa q̄titas in infinitū diuidatur q̄ semper ī qualibet parte temporis aliqd illius quātitatis subtractum abeat: sed totū simul aliquando abibit: ⁊ similiter etiam est in augmento. ⁊ sic non oportet q̄ cōtinue aliqd augeat' vel minuat'. ¶ Deinde cū dicit.

Lec. viiia

Similiter autem et in alteratione qualibet. Non enim si partibile in infinitum est quod alteratur: propter hoc ⁊ alteratio: sed velox sit multotiens sicut congelatio.

¶ Contradicit predicte positiōi quantū ad alterationem ⁊ hoc trib' modis. Primo enim dicit qd similiter dicēdum est in qualibet alteratiōe: sicut dictum est in augmēto. quāuis enim corp' qd alteratur sit partibile in infinitum: nō tamen oportet q̄ ppter hoc alteratio in infinitu3 diuidat': ita. s. in qualibet parte tēporis aliquid alterationis fiat. Sed multotiēs fit velox alteratio: ita. s. q̄ multe partes corporis alterati simul alterant'. Sicut accidit ī desatiōe siue cōgelatiōe aque: tota enim aliqua aqua simul cōgelatur nō pars post partem: si tamen accipiat' multum de aqua nihil prohibet partem post partem cōgelari. Est aūt cōsiderandum q̄ hoc qd hic dicit' de alteratione ⁊ augmēto vr̄ cōtrariari his q̄ dicta sunt in. vj. vbi ostēsum est q̄ motus diuiditur s3 diuisiōe3 temporis ⁊ mobilis ⁊ ei sm̄ quam est motus. Sed sciendū est q̄ Arist. in. vj. determinabat de motu in cōi nō applicando ad aliqua mobilia: ⁊ idō ea que ibi de motu tractauit accipiēda sunt sm̄ exigentiā cōtinuitatis mot'. Hic autē loqtur de motu applicando ad determinata mobilia in quibus cōuenit aliquem motū corrūpi ⁊ nō cōtinuari: q̄ sm̄ rōnes cōem motus posset esse continu'. Scd̄a3 rōnes pōit ibi.

Lec. 6.

Amplius cū infirmetur aliquis: necesse ē tempus fieri in quo sanabitur et non in termino temporis mutari. Necesse autem in sanitatem mutari et in aliud nullum. Quare dicere continue alterari: multum in manifestis est ambigere. In contrarium enim alteratio.

¶ Et dicit ꝙ fi aliqs qui ifirmatur debeat fanari: necesse est ꝙ fanetur in aliquo tẽpore ⁊ nõ in termino temporis ⁊ necesse est vlteri⁹ ꝙ ipsa mutatio fanatiõis tendat in determinatum terminũ.f.in fanitatem ⁊ in nihil aliud. Sic ergo omnis alteratio requirit determinatuʒ temp⁹:⁊ determinatũ terminũ:q: omnis alteratio est in cõtrariuʒ. vt in. v. dictum est. nulla aũt talis mutatio est semper continua: dicere ergo ꝙ aliquid semper ⁊ continue alteretur ẽ dubitare de manifestis. Tertiam ratiõeʒ ponit ibi.

Lec. 4.

Lapisqʒ neqʒ durior fit neqʒ mollior.

¶ Dicit ꝙ lapis nõ fit neqʒ durior neqʒ mollior etiã per temporis longitudinem:⁊ sic stultum est dicere ꝙ omnia semper alterentur. ¶ Deinde cum dicit.

Co. 24.

Et scd̃m ꝙ fertur: mirabile est: si latuit lapis deorsum latus: aut manens in terra.

¶ Cõtradicit predicte opiniõi quantum ad motũ localeʒ dupliciter. p̃io quidem q: aliq motus locales ⁊ quietes ita sunt manifesti: ꝙ latere nõ possunt. mirabile enim videtur si lateat quando lapis fertur sursuʒ aut qñ quiescit in terra. ⁊ sic nõ potest dici ꝙ propter latentiam mot⁹ localis ponant omnia semper moueri localiter. Scd̃o ibi.

Amplius autẽ terra ⁊ aliorum vnũ qd̃ qʒ ex necessitate permanẽt quidẽ in propriis locis. mouentur autem violenter ex his. Si quidẽ igitur quedam ipsoruʒ sunt in propriis locis: necesse neqʒ scd̃m locum omnia moueri quod quidem igitur impossibile sit aut semper omnia moueri aut semꝑ omnia quiescere ex his ⁊ aliis huiusmodi sciet vtique aliquis.

¶ Ratiocinatur sic iteꝝ ⁊ dicit ꝙ q̃libet alia corpora naturalia qñ sunt in propriis locis ex necessitate nature quiescunt ⁊ nõ mouent ex propriis locis: nisi per violentiaʒ. Sed manifestũ est quedam corporum naturalium necesse est esse in propriis locis. necesse est ergo dicere ꝙ q̃daʒ quiescant scd̃m locũ: ⁊ ꝙ non omnia localiter mouentur. Ultimo aũt epilogando concludit ꝙ ex premissis ⁊ aliis similibus põt quis scire ꝙ ĩpossibile est aut semper omnia moueri: sicut dixit heraclit⁹: aut semper oĩa quiescere sicut dixit zeno ⁊ parmenides ⁊ melissus.

At vero neqʒ alia quidẽ semper contingit quiescere: alia vero semper moueri: aliquando autẽ quiescere: ⁊ aliquando moueri nullum. Dicendum autẽ ꝙ impossibile sit: sicut ⁊ in dictis prius: ⁊ in his. Uidemus. n. in eisdẽ fieri dictas mutationes.

Lectio sexta.

Postquam Reprobauis duob⁹ mẽbris premisse diuisiõis: hic reprobat tertiũ quod. f. poni posset: entia diuidi in duas dispositiões tantum ita ꝙ quedam semper quiescerẽt: alia semper mouerentur: ⁊ ꝙ nõ sit tertiũ genus entium que quandoqʒ mouentur quandoqʒ quiescũt. hoc aũt reprobat dupliciter. primo q̃dem sicut ⁊ predictas duas positiones: ex eo ꝙ repugnat sensui. nõ solũ enĩʒ videmus ad sensuʒ ꝙ quedaʒ mouentur: per qd̃ destruitur prima positio ponentiũ omnia quiescere semper: ⁊ ꝙ quedam qescũt. per quod destruitur. Scd̃a positio ponentiũ omnia moueri semper: sed etiam videmus ꝙ in eisdem rebus fiunt predicte mutatiões seu variationes de motu in quietem: et de quiete in motuʒ per quod apparet ꝙ aliqua sunt que qñqʒ mouent: ⁊ qñqʒ qescũt. Secũdo ibi.

Et adhuc q: oppugnat mãifestis dubitãs. Neqʒ. n. augmẽtuʒ neqʒ violẽtus erit motus nisi mouebitur ꝑtra naturaʒ quiescẽs prius. Generationẽ igitur remouet ⁊ corruptionem hec ratio. Fere autẽ ⁊ moueri fieri quiddam ⁊ corrumpi videtur omnibus. In quod quidem enim mutatur fit hoc: aut in hoc. Ex quo autem mutatur corrumpitur hoc aut ab hinc. Quare manifestum quod alia quidem mouentur: alia vero quiescunt aliquando.

Co. 25.

¶ Reprobat idẽ per hoc ꝙ que hanc dubitationem induceret: repugnaret his que sunt manifesta in natura. Primo enim tolleret mot⁹ augmenti. videmus enim motũ augmenti in his que nõ semper augebantur: alioquin si semper augerentur non esset augmentũ ad determinataʒ quantitatem: sed in infinitũ. Secũdo tollitur motus localis violẽt⁹. non enim est mot⁹ violent⁹: nisi sit aliqd quod extra naturã moueat quod pri⁹ quieuerit secũdum naturam cũ mot⁹ violent⁹ non sit nisi recessus a quiete naturali. Si ergo nullũ quiescens potest moueri: sequetur ꝙ id quod quiescit naturaliter qd̃ possit post modum per violentiaʒ moueri. Tertio excludit generatio ⁊ corruptio per hanc positionem. generatio enim est mutatio de non esse in esse: corruptio vero de esse in non esse. ad hoc ergo ꝙ aliquid corrumpatur oportet ꝙ prius fuerit ens ꝑ aliquod tempus: ⁊ ad hoc ꝙ generetur oportet qd̃ pri⁹ fuerit non ens per tempus aliquod. Quod autẽ per tẽpus aliquod ens est vel non ens quiescit. vt large de qete loquamur. Si igitur nullũ qescens potest moueri: seqt̃ ꝙ nihil quod non est per aliquod tempus possit generari. ⁊ nihil quod est in aliquo tempore possit corrumpi. Quanto autem vlterius hec positio destruit vniuersaliter omnem motum. quia in omni motu est quedam generatio et corruptio vel simpliciter vel secũdum quid. qd̃ enĩʒ in aliquid mouetur sicut in terminum (generatur hoc) Quantum ad motum alterationis et augmenti. (Aut in hoc). Quantum ad motum localem: sicut quod mouetur de nigro in album aut de paruo in magnum fit album aut magnum: quod autem mouetur ad aliquem locum fit existens in loco illo. Sed ex quo aliquid mutatur sicut a termino a quo (corrumpitur hoc). In motu alterationis et augmenti vt nigrum aut paruuʒ. (Aut ab hinc). Quantum ad motum localem. quia ergo in omni motu est generatio ⁊ corruptio: dua predicta positio tollit generationeʒ et corruptioneʒ: per consequens tollit omneʒ motuʒ. quia ergo hec que dicta sunt: sunt impossibilia: manifestuʒ fit ꝙ quedaʒ mouentur non quidem semper sed aliquando et quedaʒ quiescunt nõ semper sed aliquando.

Omnia autẽ velle aliqñ quiescere: aliquando aũt moueri: hoc iã copulãdũ ad antiqs rões.

¶ Deinde cuʒ dicit.

¶ Inquirit de aliis duob⁹ mẽbris premisse diuisionis. et p̃io manifestat suaʒ intentioneʒ. secũdo exequitur ipsaʒ. ibi. (Mouentiuʒ igitur et coꝝ que mouentur ⁊c). Circa primũ tria facit. Primo ostendit ad quam positioneʒ pertineat quartũ mẽbrũ. secũdo ea que dicta sunt in isto capitulo recolligit ibi. (Principiũ autẽ iterũ faciendũ ⁊c.) Tertio ostendit quid restat dicendũ ibi. (Reliquuʒ autẽ considerandũ ⁊c.) Dicit ergo p̃io ꝙ ponere ꝙ omnia quandoqʒ quiescũt et quandoqʒ mouent: hoc iaʒ pertinet ad antiqs rationes q̃s tetigim⁹ disputantes de mot⁹ sempiternitate. hoc enim posuisse videt precipue Empedo. ꝙ omnia quandoqʒ mouent sub dominio amicitie et litis: et qñqʒ qescant in termediis tẽporib⁹.

¶ Deinde cũ dicit.

Principiũ aũt iterũ faciendũ a nũc determinatis ideʒ quod quideʒ incepimus prius. Aut enĩʒ oĩa quiescũt aut oĩa mouent. aut

Co. 26. hec quidem quiescant: hec autem mouentur eorum que sunt. Et si alia quidem quiescūt alia vero mouentur eorum que sunt: necesse est aut omnia aliquando quidē quiescere: aut omnia aliquando moueri: aut quedam semper quiescere: alia vero moueri ipsorum.

¶ Resumit ea que dicta sunt in isto capitulo. ꝛ primo resumit ea que dicta sunt in diuisione suprapposita: secundo reprobationem prime partis qua ponitur omnia quiescere semper ibi. (Quod quidem igitur non possibile ꝛc.) Tertio reprobationem aliorum duorum membrorum ibi. (Similiter autem impossibile ꝛc.) Dicit ergo primo quod ad manifestandum magis intentiōem sequentium debemus incipere ab his que nuper determinauimus sumentes idem principium quod prius scilicet quod entia oportet primo ꝙ se habeant in aliqua harum trium dispositionuꝫ scilicet quod vel omnia quiescant: vel omnia moueantur: ꝛ vel quod quedam quiescant ꝛ quedam moueantur. ꝛ hoc ternum iterum in tria diuiditur: quia si eorum que sunt quedam quiescūt ꝛ quedam mouentur: necesse est quod vel omnia sic se habeant: quod quandoque quiescant ꝛ quandoque moueantur: vel quod quedam semper quiescant: quedaꝫ autem semper moueantur: vel quod cum his duobus apponatur tertium membrum. scilicet ꝙ alia sint que quiescant aliquando ꝛ nō semper: alia quandoqꝫ motus ꝛ nō semper.

¶ Deinde cum dicit.

Quod quidem igitur non possibile sit omnia quiescere: dictum est prius. Dicemus autem ꝛ nunc. Si enim secundum veritateꝫ sic se habet: sicut quidam dicunt esse quod est infinitum ꝛ immobile: sed non quod videtur secundum sensum: sed mouentur multa eorum que sunt. Si quidem igitur opinio est falsa: aut omnino opinio: ꝛ motus est: ꝛ vtiqꝫ si phantasia: ꝛ si aliquando quidem sic videatur: aliquando autem aliter. Phātasia quidem ꝛ opinio motus quidam esse videtur. Sed de hoc quideꝫ intendere ꝛ querere rationem quorum dignus habemus quam ratione indigere: male iudicare est melius ꝛ peius: ꝛ credibile ꝛ non credibile: ꝛ principiuꝫ et nō principium.

¶ Reprobat primum membrum. et dicit quod supra dictum est ꝙ non sit possibile omnia quiescere semper: sed et nunc etiam aliquid est addendum. ꝛ duo dicit contra hanc positionem. Primo quidem ꝙ necesse est ponere aliquem motum saltem in anima: quia si aliquis vellit dicere ꝙ secundum veritatem sic se habet quod nihil mouetur: sicut dixerunt sequentes melissum qui posuit quod ens est infinitum ꝛ immobile: sed tamen non Lec. 5. videtur ita secundum sensum: sed multa entium mouentur vt sensus iudicat. Si ergo aliquis dicat ꝙ ista opinio est falsa qua opinamur quedam moueri: adhuc sequitur ꝙ motus sit: quia si opinio falsa est: motus est: ꝛ vniuersaliter si opinio est: motus est. et similiter si phantasia est motus est. ꝛ hoc ideo: quia phantasia est quidam motus sensitiue partis factus a sensu secundum actuꝫ opinio etiam quidam motus est rationis ex aliquibus ratiocinationibus procedens. Sed adhuc manifestius sequitur quod motus sit in opinione vel phantasia: si aliquando videatur nobis sic esse: aliquando aliter: quod contingit cum quandoqꝫ videntur nobis aliqua quiescere: quādo que vero non quiescere. Sic ergo omnino sequit quod motus sit. Secundo contra hanc opinionem dicit ꝙ apponere intentionem ad destruendum hanc opinionem. ꝛ querere rationem ad probandum illas res quas debemus habere in maiori dignitate quam quod ratione indigeant: quia scilicet habentur vt per se manifesta: hoc inquam facere nihil est aliud quam male iudicando discernere inter melius ꝛ peius in moralibus: ꝛ inter credibile: ꝛ incredibile in logicis: ꝛ inter principium ꝛ non principium in demonstratiuis. qui enim querit ratiōeꝫ ad probandum ea que per se sunt manifesta: ꝛ sic habentur vt principia: non cognoscit ea esse principia dum ea per alia principia probare intendit. Similiter videtur ꝙ non sciat cognoscere quid sit credibile ꝛ incredibile: quia id quod est per se credibile per aliud probare intendit: ac si non esset per se credibile. nec etiam inter melius ꝛ peius posse discernere videtur: qui magis manifesta ꝑ minus manifesta probat. est autem per se manifestum aliqua moueri. non ergo ad hoc debet esse nostra intentio: vt hec probare rationibus nitamur.

¶ Deinde cum dicit.

Similiter autem et impossibile ēst et omnia moueri: aut alia quidem semper moueri. alia vero semper quiescere. Ad omnia. n. hec sufficiens est vna fides. Videmus enim quedam aliquando quidem quiescere aliquā do quidem moueri. Quare manifestum est: quod impossibile sit similiter omnia quiescere: et omnia moueri continue: Ex eo quod alia quidem semper mouentur. alia vero quiescunt semper.

¶ Excludit alia duo membra premisse diuisionis: ꝛ dicit quod sicut impossibile est omnia quiescere semper: ita etiam impossibile est omnia moueri semper: aut etiam quod alia semper moueantur ꝛ alia semper quiescant: ita quod nihil sit quod quandoqꝫ moueatur ꝛ quandoqꝫ quiescat. contra omnia hec sufficit fidem facere per vnū medium: quia scilicet videmus quod quedam quandoqꝫ mouentur ꝛ quandoque iterum quiescunt. vnde manifestum est ꝙ impossibile est dicere ꝙ omnia continue quiescant. quod erat primum membrum. ꝛ ꝙ omnia continue moueantur. quod erat secundum membrum: vel ꝙ quedam semper moueantur ꝛ quedaꝫ semper quiescant: ꝛ nihil sit mediuꝫ.

¶ Deinde cum dicit.

Reliquum ergo considerandum ē. vtruꝫ omnia huiusmodi possibilia moueri et quiescere. Aut quedam quidem sic. aliqua vero semper quiescunt. aliqua vero semper mouentur. Hoc enim demonstrandum est a nobis. Co. 27.

¶ Ostendit quid restat dicendum: et concludit ex premissis quod cum tria membra premisse diuisionis stare non possint: relinquitur considerandum quod membrum aliorum duorum sit verius. vtrum scilicet ꝙ omnia sint possibilia moueri ꝛ quiescere: aut quedam sint possibilia moueri ꝛ quiescere: ita tamē ꝙ aliqua sint que semper quiescant ꝛ aliqua que semper moueantur: hoc enim vltimum est ꝙ demonstrare intendimus. Sic enim ostendetur primum motum esse sempiternum ꝛ primū motorem esse imobilem.

m Mouētium igitur et eorum que mouētur. alia quidē mouēt et mouētur secūdum accidēs. alia autē ꝑ seipsa. Secundum accidēs quidē vt quecunqꝫ in eo ꝙ

sunt in mouentibus aut in his que mouentur ⁊ que sunt secundum partem. Alia autē per seipsa quecunque non in eo quod sint in mouente: aut in his que mouentur in eo ꝙ pars aliquam ipsorum mouet aut mouetur. Eorū autem que mouentur per se. alia quidem a seipso. alia vero ab alio. ⁊ alia quidem natura. alia vero violenta ⁊ extra naturam.

Lectio septima.

Postquam Philosophus suam intentionem manifestauit: hic incipit prosequi suam intentionē scilicet non omnia quandoque moueri et quandoque quiescere: sed aliquid esse omnino immobile: aliquid autem quod semper mouetur. Diuiditur autem ista pars in duas. In prima ostendit primum mouens esse immobile. In secunda ostendit primum mobile semper moueri ibi. (At vero si aliqđ est.) Prima pars diuiditur in duas. In prima ostendit primum mouens esse immobile ex ordine mouentium ⁊ mobilium. In secunda ex sempiternitate motus ibi. (Et iterum considerans ⁊c.) Prima pars diuiditur in partes duas. In prima ostendit primum mouens esse immobile. In secunda ostendit ipsum esse perpetuum ibi. (Quoniam autem oportet ⁊c.) Circa primum duo facit primo ostendit quoddam quod est necessarium ad ꝓbationem sequentium. scilicet ꝙ omne quod mouetur ab alio moueatur. secundo ostendit propositum ibi. (Hoc autem dupliciter.) Ostenderat siquidem supra in principio. vij. omne quod mouetur ab alio moueri ratiōe cōmuni accepta ex parte ipsius motus: sed quia incepit applicare motū ad res mobiles: illud quod supra vniuersaliter est ostensum hic ostendit vniuersaliter verificari in omnibus mobilibus ⁊ mouentibus. Unde prima pars diuiditur in partes duas. in prima ponit diuisionem mouentium ⁊ mobilium. in secunda manifestat propositum in singulis ibi. (Et maxime moueri.) Circa primū duo facit. Primo diuidit mouentia ⁊ mobilia. secundo manifestat positam diuisionem ibi. (Quod enim ipsum a seipso.) Primo ergo ponit tres diuisiones mouentium et mobilium. quarum prima est ꝙ mouentium ⁊ mobilium quedā mouent, seu mouentur per accidens: quedam autem per se. ⁊ accipit hic per accidens large secūdum ꝙ comprehendit sub se etiam quod est secundum partem. Unde exponens ꝙ dixerat. (Per accidens.) Subdit ꝙ per accidens moueri aut mouere dicitur dupliciter. Primo quidem dicuntur mouere per accidēs quecunqꝫ mouere dicūtur ex eo ꝙ insunt aliquibus mouentibus: sicut cum dicitur musicum sanare: quia is cui inest musicum sanat: ⁊ similiter dicuntur moueri per accidens ex eo ꝙ insunt his que mouentur vel sicut locatū in loco prout dicimus hominē moueri quia nauis mouetur in qua est: vel sicut accidens in subiecto: prout dicimus album moueri: quia corpus mouetur. Alio modo dicuntur aliqua mouere vel moueri. quia mouēt aut mouentur secundum partem: sicut homo dicitur percutere aut percuti: quia manus percutitur aut percutit per se autem dicuntur moueri aut mouere per remotiōem duorum predictorum: quia scilicet nec dicuntur mouere aut moueri ex eo ꝙ sint in alijs que mouent aut moueantur: neqꝫ ex eo ꝙ aliqua pars ipsorum moueat aut moueatur. Omissis igitur his que mouent et mouentur per accidens: subdiuidit ea que mouentur per se. primo quidem quia eorum que mouentur per se. Alia mouentur a seipsis: sicut animalia. Alia vero ab alijs sicut inanimata. Tertiam diuisionem ponit quia alia mouētur secundum naturam: alia extra naturam.

Deinde cum dicit.

Quod enim ipsum a seipso natura mouetur: vt quodlibet animalium: mouetur .n. animal a seipso. Quorumcunque autem principium motus in seipsis est. hoc natura dicimus moueri. Unde animal quidem totum natura ipsum seipsum mouet. Corpus autē secundum quod est corpus. contingit ⁊ natura ⁊ extra naturam moueri. Differunt enim secundum qualem motū quod mouetur eueniat. ⁊ ex quali elemento constet. Et eorum que mouentur ab alio: alia quidem mouentur natura: alia vero extra naturā. Extra naturam quidem vt terra sursum. ⁊ ignis deorsum. Amplius autem partes animaliū multotiens mouentur extra naturam iuxta positionem ⁊ modos motus.

Manifestat qualiter inueniatur secundum naturā ⁊ extra naturam in his que mouentur a seipsis ⁊ que mouentur ab alio. Et primo dicit de his que mouentur a seipsis: sicut sunt animalia que mouent seipsa: quod mouentur secundum naturam. quod probat per hoc ꝙ mouentur a principio intrinseco. illa autem dicimus a natura moueri quorum principium motus in ipsis est. Unde manifestum est ꝙ motus animalis quo mouet seipsum si comparetur ad totum animal est naturalis: quia est ab anima que est natura et forma animalis: sed si comparetur ad corpus: contingit huiusmodi motum ⁊ esse naturalem. et extra naturam. hoc enim considerandum erit secūdum differentiam motus ⁊ elementi ex quo constat animal. si enim animal constat ex elemento graui predominanti: sicut corpus humanum et moueantur sursum: erit motus violentus quantū ad corpus. si vero moueantur deorsum erit motus corporis naturalis. Si autem essent animalia aliqua corpore aerea. vt quidā platonici posuerunt de illis esset contrario dicendum. Secundo manifestat qualiter inueniatur motus violentus et naturalis in his que mouentur ab alio. et dicit ꝙ horum quedā mouentur secundum naturam: vt ignis sursū: terra deorsū quedam vero extra naturam: vt terra sursum ignis deorsum qui est motus violentus. Tertio ponit alium modū innaturalis motus in animalibus. secundum scilicet ꝙ multotiens partes animalium mouentur extra naturam si considerentur rationes ⁊ modi naturalis motus in partibus animalium: sicut homo brachia flectit ad anterius tibias autem ad posterius. canes vero et equi et huiusmodi animalia anteriores pedes ad posterius. posteriores vero ad anterius. Si autē fiat motus in animalibus per contrarium erit motus violentus: et extra naturam.

Deinde cum dicit.

Et maxime moueri a quodam quod mouetur in his que extra naturam mouentur: est manifestum propter id quod manifestū est ab alio moueri. postea autem que sunt extra naturam. eorum autem que sunt secūdum naturam ipsa a seipsis: vt animalia. hoc enim non in manifestum est: si ab aliquo mouetur: sed quomodo oportet accipere ipsū mouens ⁊ quod moueatur: videtur enim ꝙ ibi sit accipiendum sicut in nauibus ⁊ non natura subsistentibus: sic et in animalibus esse diuisū mouens: et quod mouetur. et sic omne ipsum seipsū mouet.

Lec. 1.

2. de historijs aialiū circa principium

Co. 28.

¶ Probat omne quod mouetur ab alio moueri. Et primo ostendit in quibus sit manifestum. Secundo ostendit de his in quibus est dubium ibi. (Maxime autem dubitatur ⁊c.) Relictis autem his que mouentur per accidens: quia ipsa non mouentur: sed dicuntur moueri: ex eo ꝙ quedam alia mouentur. inter ea que per se mouentur maxime in his que mouentur per violentiam ⁊ extra naturam: manifestum est quod id quod mouetur ab alio mouetur. manifestum est enim ꝙ ea que per violentiam mouentur ab alio mouentur ex ipsa violenti diffinitione est enim violentum vt dicitur in tertio Ethi. cuius principium est extra nil conferente vi*z* passo. Post ista vero que mouentur per violentiam manifestu*z* est ꝙ id quod mouetur ab alio mouetur. In his que mouentur secūdū naturam a seipsis: sicut animalia dicuntur se ipsa mouere. In his enim manifestum est ꝙ aliquid ab alio mouetur. Sed dubium potest esse quomodo oporteat accipere in ipsis mouens ⁊ quod mouetur: quantum eni*z* ex primo aspectu apparet ⁊ secundum ꝙ multis videtur: sicut in nauibus ⁊ in aliis artificialib⁹ que non secundum naturā diuersum est quod mouet ab eo quod mouetur: sic et in animalibus. Videtur enim ꝙ hoc modo se habeat anima que mouet ad corpus quod mouetur: sicut nauta ad nauim: vt dicitur in secundo de anima. Et per hunc modum videtur quod totum animal seipsu*z* moueat inquātum vna pars eius aliam mouet: vtrum autem se habeat anima ad corpus sicut nauta ad nauim in libro de anima inquirendum relinquit. ꝙ autem sic aliquid dicitur se ipsu*z* mouere inquantu*z* vna pars eius mouet ⁊ alia mouetur in sequentibus ostendetur.

Lec.i. Lec.9.

¶ Deinde cū dicit.

Maxime autem dubitatur reliquum dicte vltime diuisionis. Eorum enim que ab alio mouentur: hec quidem extra naturam posuimus moueri. alia autem relinquuntur cōtra poni: quia natura. Hec autem sunt que dubitationem afferunt: a quo mouentur. vt leuia et grauia. Hec enim in oppositos locos violentia mouentur. In proprios autem leue quidem sursum. graue autem deorsum natura. a quo autem non adhuc. manifestum sicut cu*z* moueantur extra naturam.

Co.29.

¶ Manifestat propositu*z* in his in quibus est magis dubiu*z*. ⁊ circa hoc facit tria. Primo ponit in quibus sit magis dubium omne quod mouetur ab alio moueri. quia scilicet in grauibus ⁊ leuibus cum secundu*z* natura*z* mouentur. Secundo ostendit quod huiusmodi non mouent se ipsa ibi. (Et namque ipsa a seipsis ⁊c.) Tertio ostēdit a quo moueantur ibi. (Sed accidit ⁊ hoc.) Dicit ergo primo quod ex quo maxime manifestu*z* est quod mouetur ab alio moueri in his que mouentur per violentiam ⁊ post hec in his que mouent seipsa maxime videtur dubium in residuo membro vltime diuisionis: s. in his que non mouent seipsa et tamen mouentur naturaliter. Ultimam autem diuisionem dicit ista*z*. scilicet quod eorum que mouentur non a seipso sed ab alio: queda*z* mouentur extra natura*z*: queda*z* vero econtrario mouentur secundum natura*z*: ⁊ in istis dubium est a quo moueantur: sicut sunt grauia ⁊ leuia: que quidem in contraria loca mouentur per violentiam: sed in propria secundu*z* naturam: leue scilicet sursum. graue vero deorsum. Sed a quo moueantur non est manifestu*z* cu*z* mouentur secundum natura*z*: sicut est manifestu*z* cu*z* mouentur extra naturam.

¶ Deinde cū dicit.

Et namque ipsa a seipsis dicere impossibile est. Uitale enim hoc et animatorum est proprium. Et facere stare posse ipsa secundum seipsa. Dico autem velut si ambulandi causa inest ipsi et non ambulandi.

¶ Probat ꝙ huiusmodi non mouent seipsa quattuor rationibus. Quarum prima est quod mouere seipsum pertinet ad rationem vite: ⁊ est proprie animatorum. motu enim ⁊ sensu discernimus animatum ab inanimato: vt dicitur in primo de anima. manifestu*z* est autem hec nō esse vita seu animata. non ergo mouent seipsa. Secunda ratio ponitur ibi. (Et facere.) Que talis est quecunq*z* mouent se ipsa possunt etia*z* sibi esse causa quietis: sicut videmus quod animalia per suum appetitum mouentur et stant. si ergo grauia ⁊ leuia mouerent se ipsa naturali motu: possent facere stare seipsa: sicut si aliquis est sibi causa ambulandi: est etiam sibi causa non ambulandi. hoc aute*z* videmus esse falsum: quia huiusmodi non quiescunt extra propria loca: nisi propter aliquam causam extrinseca*z* prohibentem motum ipsorum. ergo non mouent se ipsa.

Lec.3.

Quare si in ipso est sursum ferri. igni manifestum est quod in ipso et deorsum. Irrationabile autem est secundum vnum motū moueri solum hec a seipsis. si quidem seipsa mouent ipsa.

¶ Sed quia posset aliquis dicere ꝙ huiusmodi ⁊ si non sint sibi causa standi extra propria loca: sunt tamē sibi causa standi in proprijs locis: subiungit tertiam ratione*z* ibi. (Quare si in ipso est ⁊c.) Que talis est irrationabile est dicere ꝙ illa que mouentur seipsa moueantur solum a se ipsis secundu*z* vnu*z* motu*z*: ⁊ non pluribus motibus: quod mouet seipsum non habet motum determinatum ab alio sed ipsum sibi determinat motum: ⁊ quandoque determinat sibi hunc motum: ⁊ quandoq*z* aliu*z*. Unde est in potestate eius quod mouet seipsum quod determinet sibi hunc vel illu*z* motum. Si ergo grauia et leuia mouerent seipsa: sequeretur ꝙ si in potestate ignis esset ꝙ moueretur sursum: quod in potestate eius esset ꝙ moueretur deorsum: quod nunquam videmus accidere: nisi ex causa extrinseca. non igitur mouent seipsa. Est autem sciendum ꝙ iste due rationes sunt probabiles secundum ea que apparent de mouentibus seipsa que sunt apud nos: que quandoq*z* inueniuntur moueri hoc motu. quandoq*z* alio: quandoq*z* etiam quiescere. Unde non dixit impossibile est: sed (irrationabile) quomodo loquē di in probabilibus vti consueuit. ostendet enim inferius ꝙ si aliquid est mouens seipsum in quo mouens ē omnino immobile: ꝙ illud semper mouetur et vno motu sed tamen hoc non posset dici in grauibus ⁊ leuibus in quibus non est aliquid quod non moueatur per se vel per accidens: cum etiam generentur ⁊ corrumpantur. Quartam rationem ponit ibi.

Amplius quomodo contingit continuū aliquod et ipsum seipsum mouere. secundu*z* enim quod vnum et continuum non tactu secundum hoc impossibile est. sed secundum quod diuiditur. si hoc quidem aptum natum facere: illud uero pati. Neque ergo nullum horum ipsum seipsum mouet: consita enim sunt neque aliud continuum nullum. sed necesse est diuidi mouens in vnoquoque ad id quod mouetur sicut in inanimatis videmus: cum moueat aliquod animatorum ipsa:

Co.30.

¶ Que talis est nullum continuum mouet seipsum. grauia autem ⁊ leuia sunt continua: ergo nihil horum mouet seipsum. Quod autem nullum continuum seipsu*z* mo

neat: sic probat. quia mouens ad motum se habet sicut agens ad patiens. cum autem agens sit contrarium patienti: necesse est ꝙ diuidatur id quod est aptum natum agere ab eo quod est aptum natum pati. secundum quod ergo aliqua sunt non contacta ad inuicem: sed sunt omnino vnum & continuum & quantitate et forma: secundum hoc non possunt pati ab inuicem. Sic ergo sequitur quod nullum continuum moueat seipsum. sed necesse est ꝙ mouens diuidatur ab eo quod mouetur: sicut apparet cum res inanimate mouentur ab animatis: vt lapis a manu. Unde & in animalibus que mouent seipsa est magis quedam colligatio partium ꝙ perfecta continuatio: sic. n. vna pars potest moueri ab alia: quod non inuenitur in grauibus & leuibus.

Co. 31. Sed accidit et hec ab aliquo semper moueri. fiet autem vtique manifestum diuidentibus causas. est autem et in mouentibus accipere que dicta sunt. Alia quidem enim extra naturam ipsorum motiua sunt. ut vectis non natura grauis motiuus est. Alia vero natura. ut actu calidum motiuum est potentia calidi. similiter autem & in alijs huiusmodi est. et mobile autem similiter natura quod potentia quale aut quantum aut ubi est cum habeat principium huiusmodi in seipso.

Lectio octaua.

Lec. 8. Postquam ostendit ꝙ grauia & leuia non mouent seipsa: hic ostendit a quo moueantur. & primo ostendit a quo moueantur. secundo concludit principale intentum ibi. (Si igitur omnia que mouentur &c.) Circa primum duo facit. primo ostendit ꝙ naturaliter mouentur ab aliquo. Secundo inquirit a quo moueantur ibi. (Quoniam autem ꝙ potentia &c.) Dicit ergo primo ꝙ & si grauia & leuia non moueant seipsa: tamen mouentur ab aliquo. & hoc potest manifestari si distinguantur cause mouentis sicut etiam in his que mouentur est accipere quedam secundum naturam moueri: & quedam extra naturam: ita & in mouentibus quedam mouent extra naturam (vt vectis) idest baculus non naturaliter motiuus corporis grauis puta lapidis. quedam vero mouent secundum naturam: sicut quod est actu calidum naturaliter mouet id quod secundum suam naturam est potentia calidum: & similiter est in alijs talibus. & sicut quod est in actu naturaliter mouet: ita id quod est in potentia naturaliter mouetur: vel secundum qualitatem vel sed quantitatem vel secundum vbi & quia in secundo dixerat ꝙ illa mouentur naturaliter quorum principium motus in ipsis est per se & non secundum accidens: ex quo posset videri ꝙ id quod est in potentia tantum calidum cum fit calidum non mouetur naturaliter tanquam principio actiuo motus exterius existente: quasi ad hanc obiectionem excludendam subiungit. (Cum habeat principium huiusmodi in seipso & non secundum accidens.) Quasi dicat ꝙ ad hoc ꝙ motus sit naturalis sufficit ꝙ huiusmodi principium. scilicet potentia de q̄ fecerat mentionem: sit in eo quod mouetur per se et non per accidens sicut scamnum est potentia combustibile non in quantum est scamnum: sed in quantum est lignum.

Et non secundum accidens. erit enim idem et quantum et quale sed alteri alterum accidit & non secundum se existit. Ignis itaque et terra mouentur ab alio violentia quidem: cum extra naturam. natura autem cum in ipsorum actus potentia entia.

Unde hoc quod dixerat. (Non secundum accidens) Exponens subdit quod contingit idem subiectum esse & quantum & quale: sed vnum eorum per accidens se habet ad aliud et non per se. quod ergo est potentia quale est etiam potentia quantum: sed per accidens. quia igitur quod est in potentia naturaliter mouetur ab alio quod est in actu: nihil autem secundum idem est potentia et actu: sequitur quod neque ignis neque terra neque aliquid aliud moueatur a se sed ab alio. mouentur quidem ignis: et terra ab alio: sed per violentiam cum motus eorum est extra naturalem ipsorum potentiam: sed naturaliter mouentur cum mouentur in actus proprios. ad quos sunt in potentia secundum suam naturam.

Deinde cum dicit.

Quoniam autem quod potentia multipliciter dicitur hec causa est nō esse manifestum a quo huiusmodi mouentur ut ignis sursum: terra vero deorsum. Co. 32.

Ostendit a quo moueantur: & quia quod est in potentia mouetur ab eo quod est in actu. primo distinguit potentiam: secundo ex hoc ostendit a quo huiusmodi moueantur ibi. (Potentia autem est leue.) Circa primum tria facit. primo ostendit necessarium esse cognoscere quot modis aliquid dicitur esse in potentia: secundo manifestat ibi. (Est autem potentia.) Tertio soluit ex hoc quandam questionem ibi. (Et tamen queritur.) Dicit ergo primo quod ideo non est manifestum a quo grauia & leuia mouentur suis motibus naturalibus. vt puta ignis sursum et terra deorsum: quia ens in potentia dicitur multipliciter.

Deinde cum dicit.

Est autem potentia aliter adiscens sciēs: & habens iam scientiam et non considerans. Semper aut cum simul actiuum et passiuum sunt: fit aliquando actu quod in potentia: ut adiscens ex potentia ente alterum fit potētia. habens enim scientiam non considerans autē potentia est sciens quodammodo. sed non sicut et ante adiscere. Cum autem sic habeat: si aliquid non prohibeat operatur considerat: aut erit in contradictione et ignorantia.

Distinguit esse in potentia. et primo in intellectu secundo in qualitate ibi. (Similiter autem hic se habent). Tertio in motu locali ibi. (Similiter autem se habent.) Dicit ergo primo quod aliter est in potentia ad scientiam ille qui addiscit & nondum habet habitum scientie: et ille qui iam habet habitum scientie sed non considerat vtens habitu. ex prima autem potentia in secundam reducitur aliquid: cum actiuū suo passiuo coniungitur. & tunc passiuum per presentiam actiui fit in tali actu qui adhuc est in potentia. sicut addiscēs per actionem docentis reducitur de potentia in actum cui actui coniungitur altera potentia. et sic existens in potentia. prima fit in alia potentia. quia iam habens scientiam et non considerans: quodāmodo est in potentia ad actum scientie: sed non eodem modo sicut antequam addisceret. ergo de potentia prima reducitur in actum cui adiungitur. secunda potentia per aliquod agens scilicet per docentem. sed quando sic se habet ꝙ habet habitum scientie non oportet ꝙ reducatur in secundū actū per aliquod agens: sed statim per seipsum ope

tatur considerando: nisi sit aliquid prohibens: puta occupatio vel infirmitas aut voluntas. vel si non ipeditus nō posset considerare. tunc non esset in habitu scientie: sed in eius contrario. s. in ignorantia.

ℭ Deinde cum dicit.

Similiter autem hec se habent ⁊ in physicis. Frigidum enim potentia est calidum cum autem fuerit mutatum: iam ignis est. Ardet autem nisi aliquid prohibeat ⁊ impediat.

ℭ Manifestat idē in qualitatibus. ⁊ dicit ꝙ sicut dictum est de potentia ad sciendum in anima: ita est etiam in corporibus naturalibus. corpus enim cum est actu frigidū cum est potentia calidum: sicut ignorans est potentia sciens. sed cum fuerit productum per transmutationē vt habeat formam ignis tunc iam est ignis in actu habens virtutem operandi: ⁊ operatur statim comburendo nisi aliquid prohibeat in contrarium agendo vel qualitercunqꝫ aliter impediat: puta subtrahendo combustibile: sicut dictum est ꝙ postquam aliquis addiscendo factus ē sciens statim considerat nisi aliquid impediat.

ℭ Deinde cum dicit.

Similiter autem se habet ⁊ circa graue ⁊ leue. Leue enim fit ex graui. vt ex aqua aer hic enim potentia primum. ⁊ iam leue operabitur mox nisi aliquid prohibeat. Actus autem leuis est alicubi esse ⁊ sursum. Prohibetur autē cū in contrario loco sit similiter ⁊ hoc se habet in quanto ⁊ quali.

ℭ Manifestat idem in motu grauium ⁊ leuium: ⁊ dicit ꝙ similiter leue fit ex graui sicut ex frigido calidū. vt puta cum aer qui est leuis fit ex aqua que est grauis: hec ergo. scilicet aqua primo est in potentia leuis: ⁊ postmodū sit leuis in actu: ⁊ tunc statim habet operationem suam nisi aliquid prohibeat. Sed iā leuis existens comparatur ad aliquid sicut potentia ad actum: actus enim leuis i quātum huiusmodi est esse in aliquo loco determinato. idest sursū. Sed prohibetur ne sit sursum per hoc ꝙ est in cōtrario loco scilicet deorsum. quia non potest esse simul in duobus locis. Unde illud quod determinauit leue deorsum prohibet ipsum esse sursum. ⁊ sicut dictum est in motu locali: ita ē dicendū est de motu secundū quātitatem vel qualitatem.

ℭ Deinde cum dicit.

Et tamen queritur hic quare in ipsorum locum mouentur grauia ⁊ leuia. Causa autem est quia apta nata sunt ⁊ hoc est graui ⁊ leui esse hoc quidem eo ꝙ sursum illud autem eo ꝙ deorsum determinatum.

ℭ Soluit quandam questionem secundū premissa. licet enim actus leuis sit esse sursum et actus grauis est esse deorsum. tamen quibusdam queritur quare grauis ⁊ leuis mouentur in proprijs loca. Sed causa huiusmodi est quia habent naturalem aptitudinem ad talia loca: hoc enim est esse leui habere aptitudinem ad hoc ꝙ sint sursum: ⁊ hec est etiam ratio grauis habere aptitudinē ad hoc ꝙ sit deorsum. Unde nihil est aliud querere quare grauis mouetur deorsum quā querere quare est graue: ⁊ sic illud idē quod facit ipsum graue facit ipsū moueri deorsum.

ℭ Deinde cum dicit.

Potentia autē est leue ⁊ graue multipliciter: sicut dictum est. Cūqꝫ enim sit aqua: potentia quodammodo est leue. Et cum aer est adhuc in potentia. Contigit enim impeditum non sursum esse. Sed si auferatur impedimentum agit ⁊ semper sursum fit. Similiter autem ⁊ quale ad actum esse immutat. Mox enī cōsiderat sciens: nisi aliquid prohibeat: subsistens autem ⁊ prohibens mouēs est: sicut mouet: est autem sicut non: vt est columnas diuellens: aut lapidem remouens: aut a vase aquā. Secundum accidens enim mouet: sicut repercussa spera non a pariete mota est sed a proijciente. Quod quidem igitur nihil horum ipsum mouet seipsum: manifestum est sed motꝰ habent principium non mouendi neqꝫ faciendi sed patiendi.

ℭ Ex premissis ostendit quid moueat grauia ⁊ leuia. ⁊ dicit ꝙ cum id quod est in potentia moueatur ab eo qd̄ est in actu: sicut dictum est. considerandū est ꝙ multipliciter dicitur aliquid esse in potentia leue vel graue. Uno enim modo cum adhuc est aqua est in potentia ad leue. Alio autem modo cum iam ex aqua factus est aer. est tamen adhuc in potentia ad actum leuis quod est esse sursum: sicut habens habitum scientie ⁊ non considerans adhuc dicitur esse in potentia contingit enim ꝙ id quod est leue impediatur ne sit sursum si ergo auferatur illud impedimentum statim agit ad hoc ꝙ sit sursum ascendēdo. sicut etiam dictum est in qualitate ꝙ quando est quale in actu statim tendit in suam actionem sicut ille qui est sciens statim considerat nisi aliquid prohibeat. ⁊ similiter i motu quantitatis. quia ex quo facta est additio quanti ad quātum statim sequitur extensio in corpore augmentabili nisi aliquid prohibeat. sic ergo patet ꝙ illud ꝙ mouet. i. remouet hoc quod est prohibens (⁊ sustinens). i. detinēs quodammodo mouet ⁊ quodammodo non mouet. puta si columna sustineat aliquod graue. ⁊ sic impediat ipsum descendere ille qui diuellit columnam quodammodo dicitur mouere graue columne suppositū. ⁊ silr ille qui remouet lapidem q impedit aquā effluere a vase dicitur quodammodo mouere aquam. dicit̄. n. mouere per accidens ⁊ non per se. sicut si spera. i. pila repercutiatur a pariete per accidens quidem mota ē a pariete: nō autē p se: sꝫ a primo ꝓijciente: paries. n. nō dedit ei aliquē īpetum ad motum sed ꝓijciens p accidens autē fuit qd̄ dū a pariete īpediret̄ ne sui impetum ferret̄ eodē impetu manente in ꝯtrariū motum resiliuit: ⁊ similiter ille q diuellit columnā nō dat grauī supposito īpetum vel inclinatiōē ad hoc ꝙ sit deorsum: hoc. n. habuit a primo generāte ꝙ dedit ei formam q̄ sequit̄ talis inclinatio. sic igitur generans est per se mouens grauia ⁊ leuia: remouens autem prohibens per accidens. Concludit igitur manifestū esse ex dictis ꝙ nihil horū. s. grauium ⁊ leuium mouet se ipsum: sed tn̄ motus eoꝝ est naturalis. q̄r habent principiū motus in se ipsis: nō quidem principium motiuū aut actiuum, sed principium passiuum ꝙ est potentia ad talem actum. Ex quo patet contra intentionē philosophi esse ꝙ materia sit principium actiuum quod quidam dicunt esse necessarium ad hoc ꝙ sit motus naturalis. sufficit. n. ad hoc hoc passiuum principium quod est potentia naturalis ad actum.

ℭ Deinde cum dicit.

Si igitur omnia que mouentur a natura mouentur: aut extra naturam ⁊ violentia: et q̄ vi et extra naturam omnia a quodam ab alio. Eorum autem que natura iterū quecunqꝫ a seipsis mouentur: ab aliquo mouentur: ⁊ que non a seipsis vt leuia ⁊ grauia: aut enim a generante ⁊ faciente leue et graue: aut ab impedientia et prohibentia soluente: omnia ergo q̄ mouentur: ab aliquo mouebuntur. Co.33.

¶ Concludit conclusionem principaliter intentam in toto capitulo. ⁊ dicit ꝙ si hoc verū est ꝙ oīa que per se mouētur aut moueant secundum naturaꝫ aut extra naturaꝫ ⁊ per violentiā ⁊ de illis que mouentur per violentiaꝫ manifestum est ꝙ omnia mouentur non solum a quodā mouente sed etiā a mouēte alio,extrinseco. ⁊ iterum inter ea que mouentur secundum naturam quedā mouentur a se ipsis in quibus manifestū est ꝙ mouentur ab aliquo non quidem extrinseco sed intrinseco. quedam etiaꝫ sunt que mouentur secundum naturā non tamen a seipsis. sicut grauia ⁊ leuia. ⁊ hec etiam ab aliquo mouentur. vt ostensuꝫ est: quia aut mouentur per se a generante quod facit ea esse grauia ⁊ leuia. aut mouentur per accidens ab eo. quod soluit idest remouet ea que impediunt vel remouēt naturalem motum. sic patet ꝙ omnia que mouentur mouentur ab aliquo vel intrinseco motore vel extrinseco quod dicit ab alio moueri.

Hoc autem dupliciter: enim non propter seipsuꝫ est mouēs: sed propter alteruꝫ quod mouet mouens: aut propter ipsum. Et hoc aut mouens ex se primum post vltimum: aut per plura media: vt baculus mouet lapidē: ⁊ mouetur a manu mota ab homine: hic autem non amplius eo ꝙ ab alio moueatur.

b

Lectio nona.

Postquam Philosophus ostendit ꝙ omne qđ mouetur ab alio mouetur: hic incipit ostendere ꝙ necesse est deuenire ad aliquod primum mouens immobile. ⁊ diuiditur in partes duas. In prima ostendit ꝙ necesse est deuenire ad aliqđ primum quod vel sit immobile vel moueat se ipsuꝫ. In secunda ostendit ꝙ etiam si deueniatur ad aliquod primū quod moueat se ipsum: necesse est tamen vlterius deuenire ad aliquod primum mouens immobile. (Necesse igitur omne quod mouetur.) Circa primum duo facit. primo ostendit ꝙ non est possibile ꝙ in infinitum aliqd ab alio moueatur. In secunda ꝙ non est necessariuꝫ ꝙ omne mouens moueatur ibi. (Ad dicta autem.) Circa primuꝫ duo facit. primo ostendit propositum ascendendo in ordine mobilium ⁊ mouētiū secundo descendendo ibi. (Amplius autem ⁊ sic ipsam.) Circa primum duo facit. primo premittit quedam necessaria ad propositam ostensionem secundo inducit rationeꝫ ad propositum ostendendū ibi. (Si ergo necesse.) Premittit autem duo quoruꝫ primuꝫ est diuisio mouentis. cum enim dictum sit ꝙ omne motum ab aliquo mouetur: contingit aliquid esse mouēs dupliciter. Uno modo quando non mouet propter se ipsum i. propria virtute. quia est motum ab aliquo alio mouente: ⁊ hoc secundum mouens. Alio modo aliquid mouet propter seipsum. i. propria virtute: non q: est motum ab alio contingit autem ꝙ tale mouens moueat dupliciter. Uno modo ita ꝙ primum mouens moueat primū post vltimum idest id quod est sibi proximum post secundū mouens: ⁊ hoc contingit quando primum mouens mouet mobile per vnum tantum medium. Alio vero modo mouens mouet mobile per plura media: vt patet cuꝫ baculus mouet lapidem: ⁊ mouetur a manu: que mouetur ab homine: qui nō mouet eo ꝙ ab aliquo alio moueatur. sic ergo homo est primum mouens propter se ipm: ⁊ mouet lapidem per plura media si autem moueret lapidem manu moueret per vnum medium tantum. Secundo ibi.

p

Utraqꝫ igitur mouere dicimus: ⁊ primum ⁊ vltimum mouentium: sed magis primum: illud enim mouet vltimum: sed non hoc primuꝫ Et sine quidem primo vltimum non mouebit illud autem: si non hoc: vt baculus non mouebit: nisi moueatur ab homine.

¶ Ponit comparationem primi mouētis ⁊ secundi: cuꝫ enim tam primum mouens q̄ vltimum mouere dicamus. dicimus ꝙ magis mouet primum mouens q̄ vltimum. ⁊ hoc patet per duas rationes. quarum prima est ꝙ primum mouens mouet secundum mouens. sed non econuerso. secunda ratio est q: secundum mouens non potest mouere sine primo: sed primum mouens potest mouere sine secundo. sicut baculus non potest mouere lapidem nisi moueatur ab homine: sed homo potest mouere etiam sine baculo.

¶ Deinde cum dicit.

Si ergo necesse ē omne quod mouetur ab aliquo moueri: ⁊ aut ab eo quod mouetur: aut ab alio aut non. Et siquidem ab alio quod mouetur: necesse aliquid esse mouens quod non ab alio primum. Si autem huiusmodi primuꝫ non necesse est esse alterum. Impossibile enim est in infinitum abire mouens: ⁊ quod mouet ab alio ipsum. Infinitorum enim non est aliqd primum. Si ergo omne quod mouetur: ab aliquo mouetur: primum autem mouens mouetur quidem: non ab alio autem. necesse est ipsum a seipso moueri.

co. 34.

¶ Ostēdit propositum ſm premissā. ostēsuꝫ ē.n.ꝙ omne qđ mouet ab aliquo mouet. id aūt a quo mouet aut mouet aut nō mouet: ⁊ si mouetur aut ab alio mouetur aut nō. hec aūt duo. s. qđ mouet ab alio. ⁊ qđ mouet non ab alio: sic se hn̄t ꝙ posito vno ponit aliud: ⁊ non econuerso q: si sit aliqd qđ mouetur ab alio: necesse ē deuenire ad aliqđ primum qđ nō mouetur ab alio: Sed si ponat aliqđ primuꝫ hmōi. s. qđ nō moueat ab alio: nō est necessariuꝫ vlterius ponere alteꝝ. s. qđ mouet ab alio. ⁊ hoc qdē p se manifestū est: sed primū poterat esse dubiū. s. ꝙ si inueniatur aliqd ꝙ mouet ab alio: ꝙ inueniat aliqđ p̄mum ꝙ non mouet ab alio: ⁊ ideo consequenter hoc probat sic. q: si aliqd mouet ab alio: ⁊ iteꝝ illud ab alio: ⁊ nūq̄ est deuenire ad aliquid quod non moueat ab alio: sequitur ꝙ sit ꝓcedere in infinitū in mouentibꝰ ⁊ motis. ⁊ hoc quidem esse impossibile supra probatū ē in. vij. sed hic probat certiori via: quia in infinitis non est aliquid primum. Si ergo mouentia ⁊ mota procedant in infinitū non erit aliquid primum mouens. iam autem dictum est ꝙ si primum mouens non mouet nec vltimuꝫ mouet nō erit ergo aliquod mouens quod ē manifeste falsum. Non ē ergo procedere in infinitum in hoc ꝙ aliquid moueatur ab alio. si ergo non detur ꝙ omne qđ mouet ab aliquo mouetur vt ostensum est. ⁊ iterū supponat ꝙ primum mouēs mouet cū probatum sit ꝙ non moueat ab alio: necesse ē ꝙ moueatur a seipso. Est autem in hac ratione attēdēdū. ꝙ primum mouēs moueri non est hic ꝓbatū supponit autē hoc secundum cōmunem opinionem platonicorum: q̄tū autem ad virtutē rōnis nō magis cōcludit ꝙ primum mouens moueat seipm. q̄ ꝙ sit immobile. vñ in sequentibus hanc eandem cōclusionē sub disiūctiōe inducit. vt infra patebit.

Lec. 2.

¶ Deinde cum dicit.

Amplius autem ⁊ sic ipsam hanc eandem rationem est aggredi. Omne enim mouens aliquid quidem mouet ⁊ aliquo. Aut enim seipso mouens mouet: aut alio. vt homo ipse. aut baculo. aut ventus proiecit aut ipse. aut lapis quem mouit. Impossibile autem est mouere sine non ipso mouente et agente

Co. 35.

id quod mouet: Sȝ ⁊ siquidē ipsuȝ seipso mouet non necesse ē aliud eē quo mouet. Si vero sit alterū id quo mouet: ē aliquid quod mouebit non quodam alio sed seipso: aut in īfinitū abibit. Si ergo quod moueť aliquid mouet: necesse est stare ⁊ non in infinitum ire. Si enīȝ baculus mouet: eo ꝙ mouetur a manu: ⁊ manus mouet baculum: si āt et hāc aliud mouet: et hanc alterū aliquod mouens. Cuȝ itaqȝ aliquo moueať semꝑ alterum: necesse est prius ipsum seipsuȝ mouēs. Si igitur mouetur quidem hoc: non aliud aūt mouēs ipsum necesse ipsum seipsum mouere. Quare et secundum hanc ronēȝ quod mouetur aut mox ab ipso mouēte mouebi: aut veniet aliqn̄ ī huiusmodi.

¶ Probat idem descendēdo ⁊ ē eadem rō cum ꝑmissa quātū ad virtutē inferendi. differens aūt ꝑm ordinē ꝓcessus. iterat aūt eaȝ ad maioreȝ manifestationē. dicit ergo ꝙ ꝑdictaȝ rōem contingit alio mō ꝓsequi. ⁊ ꝑmittit propositiōes habētes eandē rōnē veritatis cuȝ supra premissis: sed alio ordine. supra. n. premisit ꝙ oē qȯ mouet ab alio mouetur ⁊ ꝙ illud a quo moueť mouet vł ꝓpter se ipsuȝ vel ꝑp aliud prius mouens qȯ erat ꝓcedere ascēdendo: hic autem ecōuerso descēdēdo ꝓcedit: dicēs ꝙ omne mouēs mouet aliquid ⁊ mouet aliquo, vel se ipō vł alio īferiori mouente sicut hō mouet lapidē vel ipse ꝑ se ipm vel ꝑ baculū ⁊ vētus ꝓicit ad terrā aliq̄ aut suo impulsu: aut ꝑ lapidē queȝ mouet. iterum supra ꝑmiserat ꝙ vltīuȝ mouens non mouet se sine primo: sed econuerso. loco eiꝰ hic dicit ꝙ id quo aliquid mouet sicut instrumento īpossibile ē ꝙ aliqd moueat sine principali mouente quo mouebat ipm sicut baculus sine manu: sed si aliqd mouet ꝑ se ipm sicut principale mouens: nō est necesse esse aliud īstrumentū quo moueat. ⁊ hoc magis manifestum est in īstrumentis ꝙ̄ī immobilibus ordinatis: licet habeat eandem veritatem: quia nō qlibet cōsideraret ꝑm mouens esse instrumentum primi. sicut etiā supra dixerat deducēdo ꝙ si sit aliqd quod mouetur ab alio. necesse ē eē aliqd quod non moueť: sed non econuerso. ita hic dicit descendendo ꝙ si inueniatur ꝙ illud quo mouens mouet sit alterum sicut instrumētum. necesse est esse aliqd quod mouebit non aliquo instrumēto. sed per se ipm. aut procedetur in infinituȝ in instrīs. quod est idem ac si procedereť in infinituȝ in mouentibus quod est impossibile. vt supra ostensum est. si ergo est aliqd mouens id quod mouetur necesse est stare. ⁊ non in infinitū ire. quia si baculus mouet eo quod mouetur a manu. sequitur ꝙ manus moueat baculum. si autem ⁊ manum aliquid aliud mouet. et sequitur econuerso ꝙ aliquod mouens moueat manū. ⁊ ita oportet ꝙ sicut procediť in instrumētis motis. ita procedatur in mouentibus que mouent instrumenta. Nō est autem procedere in infinituȝ ī mouentibus. vt supra ostēsum est. ergo neqȝ in instrumentis cum ergo semper alterum ꝙ moueť moueať alio mouente. ⁊ non sit procedē in infinitum. necesse est esse aliquid primum mouens ꝙ moueat per se ipsum. ⁊ non per aliquod instrumentum si ergo detur ꝙ hoc primum ꝙ mouet per se ipsum mouetur quidem. sed non est aliquid aliud mouēs ipsum qꝛ sic ⁊ ipsum esset instrumentum. sequitur ex necessitate ꝙ ipsum se ipsum moueat supposito secundū platonicos ꝙ omne mouens moueatur. vnde ⁊ secunduȝ istaȝ rationē illud quod mouetur aut statī mouebitur a mouente quod mouet se ipsuȝ. aut aliquando erit deuenire in aliquod tale mouens ꝙ seipsum moueat. ¶ Deinde cuȝ dicit.

Co. 36.

Ad dicta autem et sic intendentibus. contingent eadem hec. Si enim ab eo quod mouetur: mouetur omne quod moueť: aut hoc rebus existit secundum accidens: vt moueat quidem quod mouetur: non tamen propter id ꝙ mouetur ipsum: aut non: sed per se.

¶ Ostendit ꝙ non omne mouēs mouetur vt in prioribꝰ rationibus supponebatur. ⁊ circa hoc duo facit. primo ꝓbat ꝙ non omne mouens mouetur. scdō tam ex hoc quā ex superioribus rationibus concludit principale propositū ibi. (Non ergo necesse semper moueri.) Dicit ergo primo ꝙ supradicta possunt etiam addi hic ad nostrum propositū ostendendum. ⁊ circa hoc tria facit. primo premittit quandam diuisionem secundo destruit vnam partem ibi. (primum quidem igitur.) Tertio destruit aliaȝ partem ibi. (At vero si non secundum accidēs) Dicit ergo primo ꝙ si omne quod mouetur: mouetur ab eo qȯ mouetur: quod est omne mouens moueri: hoc potest esse dupliciter vno modo ꝙ hoc inueniatur per accidens ī rebus vt mouens moueatur propter id quod mouetur: vt si dicamus edificatorem esse musicuȝ: non quia musicꝰ est: sed per accidens: aut non est per accidens ꝙ mouens moueatur. sed per se. ¶ Deinde cum dicit.

Maxime autem manifestum ꝙ impossibile est continuum esse qui est in rectitudine motum: quia reflexum necesse est stare non solum in recta: sed et si secundum circulum feratur. Non enim idem est circulo ferri ⁊ circulum. Est enim aliquando quidem continuuz quod mouetur. Aliquando autem in idem veniens vnde motum est reflecti iterum. Quod autem necesse est stare: fides est non solum in sensu sed in ratione. Principiuz autem hoc est. Tribus enim existentibus principio medio ⁊ fine medium ad vtrumq; est ⁊ vnum numero: ratione autem duo. Amplius aliud est quod est potẽtia: ⁊ quod est actu. Quare rectitudinis que infra sunt terminorum quodlibet signum potentia quidem est medium. Actu autem non ẽ: nisi diuidat hanc: et stans iterum inceperit moueri. Sic autem medium principium fit ⁊ finis principium quidem posterioris. Finis autez principij. Dico autem vt si fertur. a. stet in. b. et iterum feratur in. c. Cum autem continue feratur neq; factum esse neq; abesse possibile est. a. ⁊. b. signum: sed solum esse in ipso nunc: in tẽpore autem nullo preter cuius ipsum nunc est diuisio in toto. a. b. c. Si autem adesse cõcedat aliquis et abesse semper stabit. a. quod fertur. Impossibile enim. est. a. simul adesse in. b. ⁊ abesse: in alio ergo et alio signo temporis est. Tẽpus itaq; erit quod ĩ medio: Quare quiescet. a. in. b. Similiter autem et in alijs signis. Eadẽ enim ratio in omnibus. Cum autem vtatur. a. quod fertur ipso. b. medio et principio et fine: necesse est stare: propter id ꝙ duo facit: sicut vtiq; si et intelliget. Sed ab. a. quidẽ signo abfuit principio. in. c. it affuit: cũ perficiat et stat.


Ponit secũdam rationẽ ad ostendendũ ꝙ motus reflexus nõ potest esse in infinitũ cõtinuus: que quidẽ ratio accipit ex quiete q̃ necesse est interuenire. dicit ergo ꝙ maxime ex hoc manifestũ est ꝙ ĩpossibile est motum rectuz esse continuũ in infinitũ: q: necesse est id qḋ reflectitur quiescere inter duos motus. ⁊ hoc verum est nõ solum si moueatur per lineam rectã: sed ẽt si feratur ſm circulum. ⁊ ne aliquis intelligat ferri ſm circuluz: idẽ esse ꝙ ferri circulariter: ad hoc excludendũ subdit ꝙ nõ est idem (ferri circulo). i. circulariter ſm ꝓprietatatẽ circuli (⁊ ferri circulũ). i. pertrãsire suo motu circulũ. contingit enim aliq̃do ꝙ ſm quandam cõnexionẽ sit motus eius quod mouet: qui. s. pertransit partẽ post partem ſm ordinem partiũ circuli: ⁊ hoc est ferri circulariter. qñq; autem contingit qḋ pertrãsit circulũ: qñ redierit ad principium vnde incepit moueri: nõ pertransire vltra ſm ordinez partium circuli: sed redire retro: ⁊ hoc est reflecti. siue ergo fiat reflexio in linea recta siue in linea circulari: necesse est ꝙ interueniat quies media. ⁊ huiusmodi rei fides accipi potest non solũ ex sensu q: sensibiliter hoc apparet sed etiam ex ratione. cuius quidem rationis principiũ hoc sumendũ est ꝙ cũ tria sint in magnitudine que pertransit scilicet priñcipiũ mediũ ⁊ finis ⁊ mediũ vtrũq; est respectu vtriusq; q: respectu finis est principiũ ⁊ respectu principij est finis ⁊ sic cũ sit vnũ subiecto est duo ratione. Iteruz aliḋ principiũ est sumendũ qḋ aliud est qḋ est in potentia ⁊ quod est in actu. His igitur visis cõsiderandum est ex dictis ꝙ quodlibet signum. i. quodlibet pũctũ signatũ infra terminos linee supra quam aliquid mouet mediũ est in potentia sed non est mediũ in actu nisi fiat diuisio secũdũ motũ ita scilicet ꝙ in illo pũcto id quod mouet stet ⁊ iteruz ab illo puncto incipiat moueri q: sic mediũ illud fiet actu principiũ ⁊ finis principium quidem posterioris in quantũ inde incipit rursus moueri finis aũt primi inquãtũ scilicet ibi terminatus est prim⁹ motus per quietez: sit enim vna linea in cuius principio sit a. in medio. b. in fine. c. moueat ergo ab a. in b. ⁊ ibi stet ⁊ iteruz incipiat moueri ab b. ⁊ referatur vsq; in. c. sic enim manifestuz erit ꝙ b. est finis prioris motus ⁊ principiũ posterioris. Sz si aliquid feratur continue ab a. in. c. sine interpositiõe alicuius quietis: non est possibile dicere mobile factuz esse. idest aduenire neq; abesse idest abscedere neq; in hoc signo quod est a. neq; in hoc signo quod est. b sed solũ hoc potest dici ꝙ in a. vel in. b. sit in quoddam nunc: non autẽ in aliquo tempore erit nisi forte ſm hoc ꝙ aliquid dicit esse alicubi in tempore q: est ibi in nunc temporis. ⁊ ita quod mouetur continue ab. a. in. c. in aliquo tempore erit in. b. scilicet in nunc quod est diuisio quedam illius temporis ⁊ sic dicetur esse. in. b. in illo toto tempore eo modo loquendi dicitur aliquid moueri in die quia mouetur in parte illius diei. Et quia hoc videbatur dubiuz ꝙ id quod fertur non adsit ⁊ absit cuicunq; signo in magnitudine signato que motu pertransitur continuo. Ostendit hoc consequenter dicens ꝙ si aliquis cõcedat ꝙ mobile adsit ⁊ absit alicui signo in magnitudine signato sequitur ꝙ ibi quiescat Impossible est enim ꝙ in eodem instanti adsit ⁊ absit mobile ab hoc signo quod est. b. quia adesse aliquid ⁊ abesse sunt contraria que non possunt esse in eodem instanti. Oportet ergo ꝙ in alio ⁊ in alio nunc temporis mobile adsit ⁊ absit alicui signo magnitudinis. inter quelibet autem duo nunc est tempus medium: ergo sequitur ꝙ mobile quod est. a. quiescit in. b. omne enim quod est alicubi per aliquod tempus est in eodem prius ⁊ posterius. ⁊ similiter est dicendum in omnibus alijs signis vel punctis. quia de omnibus est eadez ratio. vnde manifestum est ꝙ illud quod continue fertur per magnitudinem aliquã in nullo intermedio signo magnitudinis adest ⁊ abest. i. accedit ⁊ recedit. Cum eni dicitur ꝙ mobile adsit alicui signo: vel fiat in eo: vel accedat ad ipsum per huius significatur ꝙ illud signum sit terminus mot⁹ cum autez dicitur ꝙ absit vl' accedat significatur ꝙ sit priñ


cipium motus non est enim actu mediū signum magni/tudinis nec principiū nec finis mot⁹: q: nec terminat nec īcipit motus ibi. ʒ ī potētia tm̄. Possēt. n. ibi mot⁹ īcipe re vel terminari. vnde nec adest nec abest mobile a signo medio ʒ simpliciter dr̄ eē ibi in nūc esse eni mobile in ali/quo signo magnitudinis cōparatur ad totum motū sicut ad tps: sed cū mobile qđ est. a. vtatur ipo. b. vt medio pri cipio ꝛ fine in actu necesse ē ꝙ ibi stet propter hoc ꝙ facit ipsum mouendo ꝛ stando vnum signū eē duo. s. principiū ꝛ finē sicut ēt contingit in intelligēdo. Possumus. n. simul itelligere vnū punctū eē ī uno subiecto. sed si seorsū; intel ligam⁹ ipsum: vt principiū: seorsum āt vt finem: nō simul hoc continget. ita ꝛ cum id quod mouetur vtitur aliquo signo vt vno: non erit ibi nisi in vno nūc. si āt vtitur eo vt duob⁹. s. ꝛ principio ꝛ fine in actu: necesse erit ꝙ sit ī duo bus nunc: ꝛ per ɔñs ī tēpore medio: ꝛ ita quiescet. Mani festū est ergo ꝙ illud qđ mouetur continue ab. a. in. c. in medio. b. neq; affuit neq; abfuit. i. neq; accessit neq; reces sit: sed a p̄io signo qđ est. a abfuit vel abscessit quasi a pri cipio in actu. i vltīo āt signo qđ est. c. affuit vel accessit: q: ibi perficitur motus: ꝛ mobile quiescit. Et est attēden dum ꝙ in premissis ponit. a. qñq; quidē pro mobili: quā doq; p principio magnitudīs. Ex istis āt p; ꝙ motus re flexus siue ī circulari siue ī recta magnitudine nō pōt esse cōtinuus. sed intercidit quies media: q: actu sit idē finis p̄ mi motus et signū ē qđ principiū reflexōis. sed ī motu cir culari mobile nō vtit aliquo signo vt principio vel fine in actu: sed quolibet signo magnitudinis vtitur ut medio: et ideo motus circularis pōt eē cōtinu⁹ nō aūt reflexus.

Co. 66.

Vnde ꝛ ad dubitationem hoc dicendū habet enim dubitationem hanc. Si enim sit quod est. e. ei quod est. ʒ. eq̄le ꝛ. a. feratur continue ab extremo ad. c. Simul autem sit. a. in. b. signo. et. d. feratur continue. a. ʒ. extremo ad. i. regulariter et velocitate simili ipsi. a. ipsum. d. ante veniet in. i. qȝ. a. in. c. Prius enim mouens et discedens primum venire necesse est. Non ergo simul affuit. a. in. b. et ab fuit ab eodem. Vnde posterius. Si eniȝ simul non posterius est: sed necessitas erit stare.

Ratio qua dubitatur ꝙ id quod continue mouetur ī ali quo signo quiescat.





Lectio. xvij.

Ostquam Philosophus osten dit ꝙ motus reflexus nō pōt esse cōtinuus ꝛ vn⁹. Hic ʒ premis sa soluit quasdā dubitationes. ꝛ diuiditur ī partes tres: sm̄ tres dubitationes quas ex premissis soluit. Scđa pars incipit ibi. (Eodē autē mo do obuiandū est.) Tertia ibi (Manifestat āt.) Circa p̄ mum duo facit. p̄io ponit dubitationē. scđo soluit eā ibi. (Nō ergo ponēdum est ꝛc.) Dicit ergo primo ꝙ hoc qđ dictū est ad probandū ꝙ motus reflexus nō est conti nuus. potest etiam dici ad soluendū quandam dubitatio nem. Est enim vna talis dubitatio sint due magnitudines equales quarꝫ vna dicatur. e. ꝛ. ʒ. sint etiam duo mobilia equaliter velocia: quorū vnū sit. a. ꝛ aliud sit. d. ꝛ moueatur. a. cōtinue ab extremo. i. principio magnitudinis ad. c. d. vero ad. i. feratur. ꝛ ponatur ꝙ in magnitudine que est. e. signetur quoddā signum mediū quod est. b. quod tantum distet a. c. quantū in magnitudine que est. ʒ. distat. ʒ. ab. i. ꝛ ponamus ꝙ simul dū. a. in suo motu continuo ac/cedit ad. b. signū: ꝙ. d. mobile in suo motu continuo recedat a. ʒ. ꝛ veniat ad. i. Cū ergo motus sint regulares ꝛ eq̄ veloces vtriusq; mobilis: sequitur ꝙ prius veniet. d. in. i. qȝ. a. veniat in. c. quia quod prius recedit prius perueniet ad finē equalis magnitudinis. prius aūt recessit. d. a. ʒ. qȝ. a. recederet a. b. q: d. recessit a. ʒ. quando pertingebat ad. b. ergo sm̄ hoc. a. nō simul aduenit in. b. ꝛ recessit ab eo: ꝛ ita sequitur ꝙ posterius recesserit qȝ aduenerit. q: si si/mul adueniret ꝛ recederet nō posterius moueri incipe/ret et ita necessitas est ꝙ. a. dum continue fertur quiescat ī. b. ꝛ sic motus continuus erit compositus ex quietib⁹: si/cut zeno ponebat: vt supra habitum est in sexto.


Lec. 2.

Deinde cum dicit.

Co. 67.

Non ergo ponendum est cum. a. affuit secundum. b. ipsum. d. moueri. a. ʒ. vltimo. Si. n. affuit. a. in. b. erit et abesse et non simul sed erat in decisione temporis et non in tempore. Hoc quidem igitur est impossibile sic dicere et in cōtinuo. Sed in reflectenti necesse est sic dicere. Si enim quod est. i. feratur ad ipsum. d. et ite/rum reflectens deorsum feratur vltimo. d. ēt fi ne vtetur ꝛ principio uno signo ut duobus. Unde stare necesse est. Neque simul affuit in ipso. d. et abiit ab ipso. d. ibi enim simul esset et non esset in eodem nunc. At vero olim solutio non danda est: non enim contingit dicere ꝙ secundum ipsum. d. sit ipsum. i. in decisione. nō affuit autem neque defuit. necesse enim est in finem venire qui actu est non potentia. quod quidem igitur est in medio. potentia est. Hoc autē actu: et finis quidem deorsum principium autē sursum: et motuum ergo similiter. Necesse est ergo stare reflectens in recto. Non ergo con/tingit continuū motum in recto et ꝑpetuū eē.

Ostensio ꝙ necesse sit mobile quod reflectitur quiescere ī illo signo a quo reflectitur.



¶ Soluit motam dubitationē fm premissa. Supponebat enim obiectio predcā qd.a.dum cōtinue mouetur accedat ad aliquod signū in medio magnitudinis positū scilicet ad.b.⁊ ꝙ simul dū accedit.a.ad.b.d.recedit a quodā alio signo.s.a.ꝫ qd est cōtra premissa.dictum est enim supra ꝙ cū aliquid cōtinue fertur neqꝫ potest adesse neque abesse idest recedere et accedere a signo medio.ergo non est ponendū hoc ꝙ obiectio supponebat:ꝙ cū.a.assum .1. accessit ab.b.ipsum.d recessit simul a.ꝫ.q: si detur quod .a.accessit ad.b.erit.pari rōne dare ꝙ recesserit ⁊ ꝙ non fuerit simul:sed in duobꝰ instātibus:ita ꝙ tēpore intermedio quieuerit:sed sicut dictum ē priꝰ cum aliquid cōtinue mouebat̄ i aliquo signo medio nō aberat ⁊ aderat:ſꝫ simpliciter erat nō quidem per aliquod tēpus.q: sic quiesceret:sed in decisiōe temporis.i.in aliquo nunc qd diuidit tempus.hoc ergo quod obiectio suppōebat ꝙ scilicet .a. adesset:⁊ ꝙ etiam abesset ab aliquo signo medio. impossibile est dicere in motu cōtinuo:sed i reflexo est necesse vt dicat̄ ita. Si enim aliqd mobile qd est.1.feratur ad punctum qd est.d.et iterū reflectatur. Manifestum ē ꝙ mobile vtit̄ ultimo qd est.d.quasi principio ⁊ fine.s. vno signo vt duobus. vnde necesse est ꝙ ibi quiescat.nec est dicendum ꝙ simul accesserit ad ipsum.d.⁊ recesserit abꝫ eodē:q: sequeret̄ ꝙ simul in eodem instanti esset ibi ⁊ nō esset. Omne enim qd motū est:est in termino ad quē mouebatur:⁊ omne qd incipit moueri nō est adhuc in termino ad quē hoc aūt significatur cū dicimus adesse vel accedere:qd est terminari motum ad punctū illud.cū autem dicimus abesse vel recedere significamus motum incipere. Unde necesse est omne qd accedit vel adest ad aliqd signum esse in eo.qd autē abesset vel abscedit nō est in eo q: ergo impossibile est simul esse ⁊ nō esse in aliquo signo per cōsequens impossibile est ꝙ simul adsit ⁊ absit eidē. vt superius est suppositum. Est autem attendendum ꝙ aliter vtitur hic litteris ꝙ̄ supra. Utitur enim hic.1. ꝑ mobili.d.vero pro termino:supra autem ecōuerso.nō est autem in motu reflexo dando solutio que prius data est in motu cōtinuo.nō enim pōt dici ꝙ mobile qd est.1.sit in termino qd est.d.a quo incipit reflecti solum in decisione temporis.i.in nunc.⁊ quod mobile neque defuerit neqꝫ affuerit eidem:sicut dicebatur in motu cōtinuo: q: in motu reflexo necesse est venire ad finem qui est actu finis ⁊ nō in potentia tantum:sicut mediū in motu cōtinuo erat principium ⁊ finis solum in potentia. Illud ergo qd ē in medio motus cōtinui est in potentia tantum principium ⁊ finis:sed hoc a quo incipit reflexio est actu principium ⁊ finis.finis quidem motus qui erat deorsum puta lapidis.principium autem est in actu motus reflexi qui ē sursum.dum lapis cadens in terram resilit sursum. Sicut ergo in magnitudine in qua est motus signum a quo reflectitur est principium et finis in actu ita ⁊ in ipsis motibꝰ est accipere actu finem vnius ⁊ principium alterius qd: nō esset nisi quies interueniret media. Necesse est ergo ꝙ id qd reflectitur in linea recta quiescat et ita sequitur ꝙ in recta magnitudine nō possit esse motus cōtinuus ⁊ perpetuus:q: magnitudo recta nō est infinita ⁊ ita nō posset esse in perpetuū motus rectus cōtinuus nisi reflecteret̄.

¶ Deinde cum dicit.

Eodem autem modo obuiandum est ad interrogantes zenonis rationem: et volentes si semper medium transiri oportet. Hec autem infinita sunt:infinita autem transire impossibile est. Aut sicut ipsam hanc eandem quidam rationem aliter interrogant:volentes simul moueri cum medietatem prius numerare secundum vnumquodque factum medium. Quare ab eunte totam infinitum accidit numerare numerum.hoc autem confitentur impossibile eē.

¶ Pōit secundam dubitatiōeꝫ.⁊ circa hoc tria facit:pmo mouet dubitatiōem.Scdo excludit quandam solutiōeꝫ in sexto positam ibi.(In primis igit̄.) Tertio pōit verā solutiōem ibi.(Sed verū dicendum.) Dicit ergo primo ꝙ eodem mō per ea que supra ostensa sunt possumꝰ obuiare ad eos qui ponunt obiectiōem zenōis:qui sic volebant argumentari. Omne ꝙ mouetur oꝫ ꝙ prius pertrāseat medium ꝙ̄ perueniat ad fineꝫ.sed infra quoslibet duos terminos sunt infinita media per hoc ꝙ magnitudo ē diuisibilis in infinitū ⁊ ita impossibile est transire media q: infinita nō cōtingit transire.ergo nihil pōt mouēdo ad aliquem terminum peruenire.vel pōt eadem dubitatio aliter formari sicut quidam eaꝫ ꝑponunt. Omne qd pertransit aliqd totum prius pertransit medietatem.⁊ cū medietas iterū diuidatur in medietatem oꝫ ꝙ prius pertransierit medietateꝫ medietatis.⁊ ita omne qd mouetur numerat quandam medietatem pertingendo ad ipsam.sed medietates sic accepte possunt in infinitum ire.ergo sequitur ꝙ aliquid pertransit totam magnitudinem quam numerauit in infinitum.qd est maxime impossibile.

¶ Deinde cum dicit.

In primis igitur rationibus de motu soluimus:per id quod tempus infinita habet i seipso. Non enim inconueniens est:si in infinito tempore infinitum transit aliquis. Similiter autem infinitum vtiqꝫ in longitudine ē et tpe.

¶ Excludit solutiōem quā supra in sexto posuerat ad hāc obiectiōem.⁊ primo recitat eam.scdo excludit ibi.(sed hec solutio ⁊c.) Dicit ergo primo ꝙ predicta obiectio soluta est in sexto cum de motu in cōi agebat̄ per hoc ꝙ sicut magnitudo diuidit̄ in infinita ita ⁊ tempus.⁊ sic eodem mō tempus hꝫ in seipso infinita sicut et magnitudo diuidit̄ in infinitum ⁊ ita nō est incōueniens si īfinita que sunt in tpe q: nō est incōueniens ꝙ infinita magnitudo transeat̄ tpe infinito.sed sicut in sexto ostensum est infinitum eodem mō inuenit̄ in magnitudine ⁊ tpe.

¶ Deinde cum dicit.

Sed hec solutio ad interrogantem quidē se habet sufficienter. Interrogabat enim si infinito tempore infinitum transire atque numerare contingit ad rem autem et ad veritateꝫ nō sufficienter. Si eniꝫ aliquis dimittens magnitudinem ⁊ interrogauerit si infinito tempore contingit infinita transire interroget in ipso tempore eadem.habet enim tempus īfinitas diuisiones:nec adhuc sufficiens hec solutio.

¶ Excludit hanc solutionem.⁊ dicit ꝙ hec solutio sufficiens est ad obuiandum interroganti qui sic interrogabat an contingeret in tempore finito transire ⁊ numerare infinita.que quidem interrogatio repellebatur per hoc qd subditur ꝙ tempus finitum habet infinita in quibus possunt transiri infinita que sunt in magnitudine. Sed ista solutio non sufficit ad rei veritatem.quia si aliquis pretermittat querere de magnitudine ⁊ pretermittit interrogare an in tempore finito contingat infinita transire ⁊ faciat hanc eandem interrogationem de ipso tempore vtrum scilicet infinita que sunt in tempore possint transiri ꝑꝑ hoc ꝙ tempus in infinitum diuidit̄ ad hanc īterrogatiōem non sufficit predcā solutio.

¶ Deinde cum dicit.

Sed verum dicendum est:quod quidem diximus in rationibus. Si enim aliquis continuum quidem diuiserit in duo media:hic vno signo tanquam duobus vtitur. Facit enim ipsum principium et finem. sic autem facit nu-

Lec.16.

Lec.4. ⁊.11.

Co.68.

Lec.6.

nierans ⁊ in media diuidens: sic autem diuidē te non erit continua: neqꝫ linea: neqꝫ motus. Continuus enim motus continui est. In continuo autem sunt infinita media sed non actu: sed potentia. Si vero facit actu: non faciet continuum sed stabit. Quod quidem in numerante media manifestum est: quia accidit. Unum enim signum necesse est ipsum numerare duo. Alterius quidem enim medii finis alteri⁹ aūt principium erit: si non vnum numeret continuum: sed duas medietates. Quare dicendum ē ad interrogantem: si contingit infinita transire aut in tempore aut in longitudine: quia est quidem sic. Est autem non sic. Actu enim cū sint non contingit: potentia autem cōtingit. Quod enim cōtinue mouetur secūdū accidēs: infinita trāsiuit. Simpliciter autem nō. Accidit autez linee infinita media esse. substātia autem altera est ⁊ esse.

¶ Ponit veram solutionē sm ea que supra premiserat. ⁊ dicit ꝙ sm veritatem hoc dicendum est ad solutiōem dubitatōis mote illud quod premisit rōnibus supra positus proxime. s. ꝙ si aliquis diuidat cōtinuum in duo media: tunc vtit̄ vno signo. s. in quo diuidit̄ continuum tāqꝫ duobus: qr facit ipsum ⁊ principium vnius partis ⁊ finē alterius. facit autem hoc numerando ⁊ in duo media diuidendo: cum autem sic diuisum fuerit continuum, iam nō erit cōtinuum siue diuidat̄ magnitudo vt linea: siue diuidat̄ motus: qr nec motus pōt eē continuus nisi sit continui. s. subiecti ⁊ temporis ⁊ magnitudinis super quā transit motus. si ergo diuidens numerat: ⁊ numerando continuitatem soluit. sed in cōtinuo dum cōtinuitas durat sunt infinita media nō in actu sed in potētia: qr si faciat aliquis aliquod mediū inesse i actu: hoc erit per diuisionē: vt dictū est inquantum accipiet̄ vt principium vnius ⁊ finis alterius. ⁊ sic nō remanebit cōtinuum sed stabit. i. iaꝫ media in actu nō erūt infinita: sed i eis erit status. qđ manifeste accidit in eo qui vult numerare media: qr necesse ē ei ꝙ vnum signū numeret quasi duo: in qꝫtū ē vnius medietatis finis ⁊ alteri⁹ pincipiū. ⁊ hoc dico qn̄ nō numerat̄ totum cōtinuū vt vnū. Sed numerant̄ due medietates i ipso. Si. n. accipiet̄ totū continuum vt vnū: tunc iam dictū ē ꝙ signū mediū nō accipit̄ vt finis ⁊ pricipiū i actu: sed i potentia tm̄. His ergo visis respōdendum est ad eū qui iterrogat an cōtingat infinita transire siue in tēpore siue i magnitudine. ꝙ quodāmodo cōtingit ⁊ quodammodo nō cōtingit. Cū enim sint infinita media in actu nō contingit transire. cū autē sit in potentia contingit infinita transire: ⁊ sic cū i cōtinuo nō sint īfinita media nisi in potentia cōtingit infinita transire: qr illud qđ continue mouet̄ transiuit sm accidens infinita. s. in potētia. per se enim transit lineam finitā cui accidit ꝙ insit ei infinita media i potentia. sed ipsa linea sm substātiam ⁊ rōnez ē alia ab his mediis infinitis. nō. n. linea cōponit̄ ex pūctis: sed pūcta possunt signari in linea inqꝫtuꝫ diuidit̄.

¶ Deinde cum dicit.

Co. 69.

Manifestum autem: ⁊ quia nisi aliquis faciat temporis diuidens signum prius et posterius super posterioris rei: erit simul idez ens ⁊ nō ens: et quando fuit non est. signum quidē igitur vtrisqꝫ commune est et priori ⁊ posteriori ⁊ vnum ⁊ idem numero: ratiōe autem non idem est huiusmodi quidem enim finis est: illius autem principium. Res autem super posterioris passionis est. Sit tempus in quo est a.c.b. res in quo. d. Hoc in. a. quidem tempore album. In. b. autem non album. In. c. ergo album ⁊ nō album. in quolibet enim ipsius. a. verum est dicere album: si omni tempore hoc erat album: ⁊. b. nō album. c autē in vtrisqꝫ.

¶ Exemplaris ostensio qua dubitat̄ qđ id quod generatur vel corrumpit̄ in eodem instanti fit ⁊ non fit.



¶ Soluit tertiam dubitatiōem. ⁊ circa hoc tria facit. primo proponit dubitatiōem ⁊ solutiōez. Scđo manifestat vtrūqꝫ per exempla ibi. (Sit tēpus.) Tertio īfert quoddam correlariū ex dictis ibi. (Si autē quecūqꝫ.) Ponit ergo dubitatiōem primo que i generatiōibus ⁊ corruptiōib⁹ fieri solet. qđ enim generatur desinit nō eē ⁊ icipit eē. oꝫ aūt aliud assignari ei qđ est eē rei generate vel corrupte. ⁊ aliud ei quod ē nō esse: puta si ex aere generet̄ ignis: in toto tempore a. b. erat nō ignis: sed aer. i toto aūt tempore. b. c. ē ignis. Cū ergo hoc signū tpis qđ est. b. sit vtriqꝫ tēpori cōmune vr̄ ꝙ i illo istāti cōi sit simul eē ignis ⁊ nō eē eiusdem. Hanc ergo dubitatiōem phūs soluens dicit manifestū eē. qđ nisi aliquis hoc signū tēporis qđ diuidit tēpus prius a posteriori (faciat semp eē posterioris rei). i. ꝙ i illo istanti hoc modo se habeat res sicut i tēpore sequenti: sequit̄ ꝙ idem sit ens ⁊ nō ens simul: ⁊ sequit̄ ꝙ quando aliquid factum ē sit nō ens. tunc autem factū est qn̄ generatio terminat̄. s. i illo nūc qđ diuidit tempus prius ⁊ posteri⁹. Si ergo i toto tempore priori nō erat ens. i hoc enā nūc qn̄ iam generatum ē etiam nō ens est: qr illud nūc ē finis prioris tēporis: quōd aūt ista incōuenientia nō sequātur ostendit subdens ꝙ vnū ⁊ idē numero signū. s. nūc ē commune vtriqꝫ tēpori. s. priori ⁊ posteriori: sꝫ qꝫuis sit vnū subiecto nō tm̄ est vnum rōne: sed duo. est enim finis prioris ⁊ pricipium posterioris. Sed si accipiat̄ i ipso nunc (quod res est) idest si accipiat̄ sm ꝙ ē vtrū re: semper tꝫ se enim posteriori passione vel aliter qꝫuis ipsum nunc finis tēporis prioris est principiū posterioris sit cōmunis vtriqꝫ tn̄ (sm ꝙ est rei). i. scđm qđ comparat̄ ad rē que mouet̄ semp ē posterioris passiōis: qr res que mouet̄ in illo istanti est substātia passiōis posterioris temporis. Sic ergo obiectiōe ⁊ solutiōe posita manifestāt vtrūqꝫ p exempla. ⁊ primo obiectiōem cū dicit. (Si tēpus). Et dicit si tēpus a. c. b. res autē que mouet̄ sit. d. quod quidem d. in. a. tēpore sit albū. in. b. aūt nō albū. videt̄ ergo seq ꝙ i c. sit albū ⁊ nō albū. ⁊ qūo hoc sequat̄ ostendit subdens. si enim i toto tēpore. a. est album. sequit̄ ꝙ in quolibet accepto in ipso. a. sit albū: ⁊ similiter si i toto tēpore. b. est nō album: sequitur ꝙ in quolibet ipsi⁹ accepto sit nō albū. cū ergo. c. sit acceptū in vtroqꝫ qr est hui⁹ finis ⁊ illius principiū: videt̄ sequi ꝙ in. c. sit albū ⁊ non album. Scđo ibi.

Nō ergo dādum est in omni: sed preter vl


timum nūc i quo est .c. Hoc autem iam postremum ⁊ si fiebat album: ⁊ si corrumpebatur album i .a. omni factum est ⁊ corruptum est in .c. Quare album aut nō album primum in illo verum est dicere: aut cum est factum: nō erat: aut cum corruptum est: erit: aut simul album: et nō album: ⁊ oīo esse et nō esse necesse est.

Manifestat solutionem supra positā. ⁊ dicit ꝙ nō ē cōcedendū ꝙ i quolibet accepto in .a. sit albū: sed ē excipiendum vltimū nūc quod est .c. quod quidē iam ē postremū idest vltimus terminꝰ mutationis. puta si albū vel fiebat vel corrumpebatur in toto .a. in .c. nō corrumpitur nec fit albū: sed iam factum est ⁊ corruptum. quod autē factū est: est quod autem corruptum est non est. Unde manifestum est ꝙ in .c. primo verum ē dicere hoc eē albū: si ibi terminetur generatio albi: aut esse nō album: si ibi terminetur corruptio albi. aut si hoc nō dicatur sequentur inconuenientia supra posita. s. ꝙ cū aliqd est iam generatū adhuc ē nō ens: ⁊ cum corruptū ē adhuc est ens: aut ēt sequitur ꝙ aliquid simul sit albū ⁊ nō albū vniuersaliter ens ⁊ nō ens.

Deinde cum dicit.

Si autem quodcūqꝫ fuerit prius nō ens necesse est fieri ens et cum fit: nō est nō possibile est i atoma tempora diuidi tempus. si enim i .a. tempore .d. fiebat album: factum est autem simul et est in altero īdiuiduo tempore: habito autem i .b. si in .a. fiebat: nō erat: ī .b. autem generatiōem oportet esse quādam mediam. Quare et tempus erat i quo fiebat. Nō enim eadem erat ratio et nō atoma diuidēntibus: sed ipsiꝰ tēporis i quo fiebat factum est: ⁊ est i vltimo signo: cuius nihil est habitum neqꝫ cōsequēter sed īdiuisibilia tempora cōsequēter sunt. Manifestum autem est. qꝛ si in .a. toto tempore fiebat: nō est plus tempus i quo factum est: ⁊ fiebat quā i quo fiebat soluꝫ omni. Quibus quidē igitur aliquis tāquā proprijs credet rationibus: he et huiusmodi quedam sunt.

Ostensio quod tempus nō diuidatur in indiuisibilia.



Infert quoddā con clariꝰ ex premissis. s. ꝙ tēpus nō diuidatur in indiuisibilia tempora: qꝛ hoc posito non poteri soluī premissa dubitatio. Dicit ergo ꝙ necesse est omne quod ē prius non ens: ⁊ postea ens aliquādo fieri ens: ⁊ itē necesse est ꝙ cum aliquid fit non est. si autem hec duo que supponit sunt vera: impossibile est ꝙ tempꝰ diuidatur in indiuisibilia tempora. Diuidatur enim tempus in indiuisibilia tempora. ⁊ sit primum tps indiuisibile .a. sꝫ autē cōsequenter se hēns ad ipsum sit .b. d. autem qđ priꝰ nō erat albū ⁊ postmodū est album fiebat album in .a. ⁊ ita non erat albū. oꝫ autem dare quod sit factuꝫ in aliquo tempore indiuisibili ⁊ habito. idest consequenter se habē ee. s. in .b. in quo iam est. Si autē fiebat album in .a. sequitur ꝙ in .a. non erat album. in .b. autē est album: cum ergo inter nō esse ⁊ eē sit generatio media: qꝛ nihil trāsit de nō esse in esse nisi per generatiōem: sequitur ꝙ inter .a. ⁊ .b. sit generatio media: ergo erit aliquod tempus mediuꝫ inter .a. ⁊ .b. in quo fiebat album. qꝛ hoc ponitur tempꝰ .b. d. generationis. ⁊ similiter cuꝫ in illo medio tempore indiuisibili fiat albuꝫ ē nō albuꝫ. vñ eadē rōne oportebit ponere aliquod tps ad hoc mediuꝫ: ⁊ sic ī isinituꝫ. ⁊ hoc ideo quia non pōt poni ꝙ in eodem tempore fiat ⁊ factum sit. sed non est eadem rō si dicatur quod non sunt indiuisibilia tempora in que tempus diuiditur. dicemus enim sm hoc ꝙ vnum ⁊ idem tempus est in quo fiebat ⁊ fcm̄ est: sed fiebat ⁊ erat non ens in toto tempore precedenti. est autē fcm̄ ⁊ ens in vltimo nunc temporis quod quidem nō se hꝫ ad tempus precedens sicut habitum aut consequēter sed sicut terminus eius: sed si ponātur tempora indiuisibilia necesse est ꝙ cōsequenter se habeant. manifestuꝫ est autem sm premissa ꝙ non suppositis temporibus indiuisibilibus si aliquid fiat album in toto tempore .a. non est maius tempus in quo factum est: ⁊ fiebat quā in quo fiebat solum: qꝛ in toto tempore fit. in vltimo autem termino temporis est factum. tempus autem ⁊ terminus tēporis non sunt aliquid maius qꝫ tempus tm̄. sicut etiam punctum naturalis magnitudinis adiicit lineae: sed si ponantur tempora indiuisibilia manifestum est ex premissis ꝙ oportet plus temporis esse in quo fit ⁊ factum est qꝫ in quo fit solum. Ultimo autem epilogando concludit principale intentum dicens ꝙ premisse ratiōes sunt ⁊ similes eis quibus credendum est tāquā proprijs ꝙ motus reflexus non est continuus.

r Rationabiliter autēꝫ et ex his ītēdētibus videbitur aliqui et idem hoc accidere. Co. 70.

Lectio .xviij.

p Ostquam Philosophus ostendit rōibus proprijs ꝙ motus reflexus non est continuus: ostendit hic idem rationibus quibus ⁊ logicis. ⁊ circa hoc duo facit. primo dicit de quo est intentio. scdo probat propositum ibi. (Omne enim quod mouetur.) Dicit ergo primo ꝙ si aliquis velit (rationabiliter) i. logice intendere ad propositum ostendenduꝫ: videbitur hoc idem sequi scilicet ꝙ motus reflexus non est continuus ex rationibus que ponentur.

Deinde cum dicit.

Omne enim quod mouetur cōtinue: si .a. nullo prohibeatur: i quod quidem venit scdm loci mutatiōem i hoc et ferebatur prius. ut si i .b. venit: et ferebatur i .b. et nō cuꝫ proximuꝫ erat sed mox sicut icepit moueri. Quid eniꝫ magis nūc quā prius. Similiter autem et i alijs. Qđ autē ab .a. fertur i .c. iterū veniet i .a. cōtinue motum. Cum ergo ab .a. i .c. ferebatur tūc et i .a. fertur scdm motum qui est a .c. ⁊ ecōuerso: q̄re simul contrarijs. Contrarii .n. qui secundum rectitudinem.

Ratio prima qua ostēditur ꝙ motus reflexus nō possit esse continuus.



¶ Ostendit propositum.⁊ primo solum in motu reflexo locali: secundo communiter in omnib⁹ motib⁹ ibi. (Amplius ex his manifestū ⁊c.) Prima rō talis est oē quod mouetur continue a principio sui motus ferebat in finem ad quē puenit fm loci mutatōem: nisi fuerit aliqd prohibens: qr a phibente potuisset i aliā ptē deflecti. exēplificat āt hanc ppositōem dicens qđ si aliqd p motū localē puenit ad.b.nō solū qñ ppinquum erat: sz statī qñ incepit moueri mouebat ad.b.nō est.n.aliqua rō quare magis moueat ad.b.nunc q̄ prius.⁊ simile est i alijs motibus.si āt ita sit q̄ motus reflex⁹ sit cōtinuus.verū erit dicere q̄ id quod mouet ab.a.i.c.⁊ iterū reflectitur i.a.continue mouet.ergo i pria parte mot⁹ qui est ab.a.in.c.mouebat ad terminū vltime partis qui est.a.⁊ sic dum mouet ab.a.mouet ad.a.sequit ergo q̄ simul moueat contrarijs motib⁹: qr i motib⁹ rectis cōtrariū est moueri ab eodē ⁊ i idē.i motib⁹ āt circularib⁹ nō est cōtrariū: hoc autem est īpossibile q̄ aliquid simul moueatur contrarijs motibus: ergo īpossibile est q̄ motus reflexus sit ptinu⁹.

¶ Deinde cum dicit.

Simul āt ⁊ ex hoc mutat in quo non est. Si igit hoc īpossibile: necesse est stare in.c. nō ergo vnus motus. Redıtus enī stati nō ē vn⁹.

¶ Ex eodem medio ducit ad aliud incōueniens.si enī aliquid quod mouet ab.a.mouet ad.a.nō autem pōt moueri ad.a.nisi ex aliquo contraposito qđ sic.c.in quo mobile nundum fuit cum incipit moueri ab.a.sequit quod aliquid mouet ex illo termino ī quo non est.sic ergo impossibile est q̄ motus reflexus sit continuus: ⁊ si hoc est impossibile: necesse est q̄ in puncto reflexionis mobile quiescat.s.in.c.ex quo patet q̄ non est vnus motus: qr motus qui distinguitur per interpositionem quietis non ē vnus.

¶ Deinde cum dicit.

Amplius ⁊ ex his manifestum vniuersaliter magis de omni motu.si enim omne qđ mouetur mouetur aliquo dictorū motuū: ⁊ quiescit aliqua dictarum oppositarum qerum: non erat.n.alius preter istos.quod āt nō semp mouetur scđm hūc motū. Dico āt quicunq̄ sunt alteri specie: ⁊ nō si aliqua pars ē totius: necesse est quiescere scđm oppositam quietem. Quies enim priuatio est motus. si igitur contrarii quidem motus sunt: qui scđm rectitudinem: simul autem non contingit moueri contrarios: quod ab.a.ad.c.fertur: non vtiq̄ feretur simul ab ipso.c.ad.a. Quoniam autem non simul fertur: mouetur autem hunc motum: necesse ē prius quiescere apud.c. Hec enim opposita quies ei qui est.c.motui. Manifestum igitur ex his que dicta sunt: quoniam non est continu⁹ motus.

¶ Probat idem vniuersalius in quolibet genere motus tribus ratiōibus.quarum pria talis est: omne q̄ mouet mouet aliqua specierum motus supra assignatarū: ⁊ similiter omne qđ quiescit oportet q̄ quiescat aliqua quietū oppositarū predictis motibus.ostensum est enim supra in quinto q̄ nō potest eē alius motus preter assignatos.accipiamus ergo aliquē motū determinatum ab alijs motibus.hoc modo q̄ sit differens spē ab alijs sicut dealbatio differt a denigratiōe: non autē sic q̄ motus qui accipitur distinguat ab alijs sicut vna pars motus ab alijs partib⁹ eiusdē mot⁹ vt vna pars dealbatōis distinguat ab alijs partibus dealbatōis eiusdē: accepto ergo vno tali motu sicut dictum est verū est dicere q̄ illud qđ non semp mouetur hoc motu ex necessitate prius quiescebat opposita quiete: sicut quod nō semper dealbat aliquando quiescebat quiete opposita dealbatōi: ⁊ hec ppositio non eēt vera si aliqua pars determinata mot⁹ acciperetur.nō enim necesse est vt qđ nō semp mouebat hac parte dealbatōis q̄ antea quiesceret quiete opposita: qr antea etiam dealbabat alia parte dealbatōis.⁊ propter hoc signanter dixit (Et non si aliqua pars est totius). Hanc autem propositionem sic probat duorum priuatiue oppositorum necesse est cum vnum non inest alterum inesse susceptibili: quies autem opponitur motui priuatiue.ergo si mobile erat quando sibi motus non inerat ex necessitate sequitur q̄ tunc quies sibi inesset. Hac igitur propositione probata ex ratione suprapositā sumit minorem dicens q̄ si motus recti contrarij sunt qui est ab.a.ad.c.⁊ qui est.a.c.ad.a.⁊ non contingit simul eē motus contrarios manifestū est q̄ quando mouebatur ab.a.ad.c.non mouebat tunc a.c.ad.a.⁊ sic isto motu qui est a.c.ad.a.non semper mouebat: vnde fm propositionem premissam necesse est qđ mobile prius quiesceret quiete opposita.ostensum est āt in quinto q̄ motui qui est a.c.opponit quies que est i.c. ergo quiescebat in.c.non ergo motus reflexus erat vnus ⁊ continuus cum distinguatur per interpositionem. Secundam rationem ponit ibi.

Amplius autem et hec ratio magis propria est his que dicta sunt.simul enī corruptū est quod non album: et qđ factū est album. Si igitur continua alteratio ad album et ex non albo: et non manet aliquo tempore simul corruptum est non album et factum est non album. Trium enim erit idem tempus.

¶ Que talis est simul corrumpitur non album ⁊ generatur album ⁊ econtrario simul corrumpit album ⁊ fit nō album. Sed si motus reflexus in quolibet genere sit continuus: sequet q̄ continue alteratio terminet ad album ⁊ incipiat ex albo recedere ⁊ quod non quiescet ibi aliquo tempore. Alioquin non esset continua alteratio si interponeretur quies. Sed sicut dictum est cum fit album corrūpitur non album.sequitur ergo q̄ simul corrumpatur nō album: ⁊ fiat non album: qr ista tria sunt in eodem tempore scilicet fieri album: ⁊ corrumpi non album: ⁊ iterū fieri non album si tamen continuetur reflexio absq̄ interpositione quietis.hoc autem est manifeste impossibile q̄ simul fiat non album ⁊ corrumpatur non album. Non ergo est possibile q̄ motus reflexus sit continuus. Hec aūt rō ad generationem ⁊ corruptionem pertinere videt ⁊ propter hoc hanc rationem dicit esse magis propriam q̄ premissas: quia in contradictorijs magis apparet q̄ non possunt esse simul natura: ⁊ tamen q̄ dicit in generatiōe ⁊ corruptione extenditur ad omnes motus: quia in quolibet motu est quedam generatio ⁊ corruptio.sicut enim in alteratione generat ⁊ corrumpitur album vel non albū ita ⁊ in quolibet alio motu.

¶ Deinde cum dicit.

Amplius non si continuum est tps et motus sz cōsequēter. Quomō igit erit vltimū idē cōtrariorum.vt albedinis et nigredinis.

Lec.5.
Co.71.
Lec.9.
Co.72.


Lec.8.

¶ Que talis est sicut supra in .v. habitū est nō est necessariū si cōtinuū ē tps ꝙ ꝑ hoc mot⁹ sit cōtinuus. in ce⁹.n. diuersaꝝ spēꝝ ⁊ si succedāt sibi i tpe cōtinuo nō tñ nō sunt cōtinui: sed cōsequēter se hñtes eo ꝙ oꝫ cōtinuoꝝ ū eē vnū cōem terminū. cōtrarioꝝ āt i spē differentiū vt albedinis ⁊ nigredinis: nū pōt esse vn⁹ cōis termin⁹. cū igit motus q ē ab .a. in .c. sit cōtrarius mot⁹ q est a .c. in .a. i quocunqꝫ genere mot⁹: vt sup̄a i .v. ōñsuꝫ est īpossibile ē ꝙ isti duo motus sint cōtinui ad inuicē ēt si tps eoꝝ sit cōtinuū nulla īterposita quiete. Relinquit ergo ꝙ motus reflexus nullo mō pōt esse cōtinuus. Est āt cōsiderandū ꝙ rōes premisse dicuntur logice quia procedunt ex quibusdam communibus .s. ex proprietate contrariorum.

Co.73.

Quia autem in circulari erit vnus ⁊ continuus: nullum enim impossibile cōtigit. Quod enim ex .a. mouet: simul mouebitur in .a. scōm eandem positionem. In quod .n. veniet: ⁊ mouetur in hoc: sed non simul mouebitur contrariis neqꝫ oppositis. Non enī omnis qui est in hoc ei qui est ex hoc contrarius ē neqꝫ oppositus: sed contrarius in recta quidē. Hic enim est cōtrarius scōm locū: ut qui scōꝫ diametrum. Distat eniꝫ plurimū. Oppositus āt qui est scōm eandem longitudinem. Quare nihil prohibet moueri continue: ⁊ nullo tēpore deficere. Circularis qdē .n. mot⁹ ē ab eodē i idem. Rectus āt ab eodem in aliud.

¶ Ostensio ꝙ motus qui sunt per diametruꝫ circuli sunt contrarij non autem qui sunt per semicirculos.



Lectio .xix.

Postquam Philosophus ostendit ꝙ nullus mot⁹ localis potest esse cōtinuus preter circularem hic ostēdit ꝙ motus circularis pōt esse cōtinuus ⁊ prim⁹. ⁊ p̄io ostendit hoc per proprias rōnes. secūdo ꝑ rōnes logicas ⁊ cōes ibi. (Rationabiliter āt accidit.) Circa primū duo facit. p̄io ostendit ꝙ motus circularis sit cōtinu⁹. scdo ꝙ sit prim⁹ ibi. (Quōd āt lationū.) Circa primū duo facit. p̄io pōit duas rōnes ad ostendendū ꝙ motus circularis pōt esse cōtinuus. scdo ex eisdē rōnibus cōcludit ꝙ nullus alius motus pōt eē cōtinuus ibi. (Manifestū āt ex hac diuisione.) Quod āt motus circularis possit esse cōtinuus. p̄ia rōne sic probat. illud dicit esse possibile ad qd̄ nullum sequit impossibile: nullum āt sequit impossibile si dicamus ꝙ motus circularis sit in perpetuū cōtinuus. qd̄ pꝫ ex hoc ꝙ in motu circulari illud qd̄ mouet ex aliquo puta .a. simul mouet in idem signum (sm̄ eandem positionem) .a. sm̄ eūdeꝫ processum mobilis eodē ordine partiū seruato: qd̄ i motu reflexo nō cōtingit: q: cū aliquid retrocedit disponit sm̄ cōtrariū ordinē partium i mouendo: q: vel oportet ꝙ pars mobilis que in p̄io motu erat prior ex reflexiōe fiat posterior: vel oꝫ ꝙ illa pars mobilis que i primo motu aspiciebat ad unam differentiam loci: puta dextrū vel sursum in reflexiōe aspiciat ad cōtrariū: sed ī motu circulari seruat eadem positio dum aliquid mouet ad id a quo recedit. sic ergo poterit dici: ꝙ ēt a principio sui motus dū recedebat ab .a. mouebat ad hoc ad quod tandem perueniet .s. ad ipsum .a. nec propter hoc sequit hoc impossibile ꝙ simul moueat motibus cōtrariis aut oppositis sicut sequebat in motu recto. Nō enim omnis motus qui est ad aliquē terminū est cōtrarius aut oppositus motui qui ē ex illo eodē termino sed ista cōtrarietas inuenit in linea recta sm̄ quam attendit cōtrarietas in loco. Nō enim attēdit cōtrarietas inter duos terminos sm̄ lineā circularem quecūqꝫ pars sit circūferentie: sed sm̄ diametrū cōtraria enim sunt que maxīe distant. maxima aūt distantia inter duos terminos nō mēsurat sm̄ lineam circularē: sꝫ sm̄ lineam rectam. pñt enim inter duo pūcta infinite linee curue describi: sed nō nisi vna linea recta. id aūt qd̄ est vnum est mensura ī quolibet genere. Sic igit pꝫ ꝙ si sit aliquis circulus: ⁊ diuidat per mediū: ⁊ sit diameter eius .a.b. motus qui est per diametrū ab .a. in .b. est cōtrarius motus qui est per eundem diametrū .a.b. in .a. Sed motus q est per semicirculum ab .a. in .b. non ē contrarius motui est per aliū semicirculuꝫ .a.b. in .a. cōtrarietas āt erat que impediebat ꝙ motus reflexus nō posset esse cōtinuus: vt ex superioribus rōnibus apparet. nihil ergo ꝓhibet contrarietate sublata motū circularem eē continuū: ⁊ iñ nullo tpe deficere: ⁊ hmōi rō est q: motus circularis hꝫ suū cōplementum per hoc ꝙ est ab eodē in idē. ⁊ sic per hoc nō impedit eius cōtinuatio: sed motus rectus hꝫ suuꝫ cōplementū per hoc ꝙ est ab eodē in aliud. vnde si ab illo alio reuertat in idē a quo inceperat moueri: nō erit vnus mot⁹ cōtinu⁹ sed duo. ¶ Deinde cū dicit.

Et qui quidem in circulo: nequaqꝫ in eisdem est. Qui vero scōm rectitudinē: multotiēs in eisdem est. Eum quidem igit qui semper in alio et alio fit: contingit moueri continue. Qui vero in eisdem multotiēs non contingit: necesse est enim simul moueri cōtrarios. Quare neqꝫ in semicirculo neqꝫ in alia circulatiōe neqꝫ vna contingit moueri continue. Multotiens enim necesse eadem moueri: ⁊ contrarias mutatiōes mutari. Non enim copulat principio finem. Qui āt circuli copulat: ⁊ sol⁹ ē ꝑfectus.

¶ Pōit secūdam rōnem dicens ꝙ motus circularis nō est in eisdem: sed motus rectus multotiēs est in eisdē. qd̄ sic intelligendū est. si enim aliquid moueat ab .a. in .b. per diametrum: ⁊ iteꝝ a .b. in .a. per eundem diametrū necesse est ꝙ per eadeꝫ media redeat per que prius transierat ⁊ sic plures per eadē fert: sed si aliquid moueat ab .a. in .b. per semicirculum: ⁊ iterū a .b. in .a. per semicirculū aliū qd̄ est circulariter moueri: manifestū est ꝙ nō redit ad idem per eadem media. Est āt de rōne oppositoꝝ qd̄ circa idem ꝯsiderent. ⁊ sic manifestū est ꝙ moueri ab eodem in idem sm̄ motū circularem ē absqꝫ oppōne. sed moueri ab eodē in idem sm̄ motū reflexū est cū oppōne sic igit pꝫ ꝙ motum circularem q nō redit ad idē ꝑ eadē media. sed semper ꝑtransit aliud ⁊ aliud. pōt eē vn⁹ ⁊ cōtinuus q: nō hꝫ oppōnem: sed ille motus reflexus .s. quī dū redit i idē plures i eisdē medijs fit ꝑtrāseūdo. nō pōt eē i ꝑpetuū cōtinu⁹ q: necesse eēt ꝙ aliqd sic moueret ꝯtrarijs

motibus. vt supra ostensum est. & ex eadez rõne cõcludi põt q̄ neqȝ mot' q̄ est ĩ semicirculo: neqȝ ĩ quacunqȝ alia circuli portiõe pt esse ĩperpetuũ cõtinu': q: ĩ his motibus necesse est q̄ multotiens pertrãseant eadẽ media & q̄ moueãtur cõtrarijs motibus q̄si vẽat fieri redit' ad principiũ & hoc ideo: q: neqȝ ĩ linea recta: neqȝ ĩ semicirculo: neqȝ ĩ q̄cunqȝ circuli portiõe copulat' finis principio: sȝ distãt ab inuicez principiũ & finis: sȝ ĩ solo circulo finis copulatur principio: & ideo solus motus circularis est perfectus vnum quodqȝ eni perfectuȝ est ex hoc q̄ attigit suuȝ principiuȝ.

Deinde cum dicit.

co.74.

Manifestuȝ aũt. & ex hac diuisiõe: quoniã nõ cõtingit alios motus esse cõtinuos. In oĩbus enim accidit eadẽ moueri multotiẽs: vt ĩ alteratione media: & in eo qui est quãtitans secũdũ mediũ magnitudinis & generatiõe & corruptiõe similiter. Nihil enim differt pauca aut multa facere: in quibus est mutatio: neqȝ mediũ põere aliquid: aut auferre. Utrobiqȝ enĩȝ accidit eadem moueri multotiens.

Ostendit ex eadez ratione q̄ ĩ nullo alio gñe põt esse aliquis motus cõtinuus. & primo ostendit propositũȝ. secundo infert quoddam correlariũȝ ex dictis ibi. (Manifestuȝ igitur ex his.) Dicit ergo primo q̄ etiaȝ ex ista distinctione que ponit' inter motum circularez & alios motus locales manifestũ est q̄ nec in alijs generibus mot' contingit eẽ aliquos motus in infinituȝ continuos: quia ĩ omnibus alijs generib' motus si debeat in aliquid moueri ab eodem in idem. sequitur q̄ multotiens pertranseat eadem. sicut in alteratione oportet q̄ pertranseat medias qualitates: ex calido enim transitur infrigidum & tepidũ & si debeat rediri ex frigido in calidum: oportet q̄ p tepidũ transeat: & idez apparet in motu qui est s̄m quãtitatẽ q: si q̄d mouet' de magno ĩ paruũ: & iteruȝ redeat ad magnũ: oportet q̄ bis sit in media q̄ntate. & simile ẽ ẽt ĩ generatione & corruptione. Si eniȝ ex igne fiat aer: & iterũ ex aere fiat ignis: oportet q̄ medias dispositiões bis trãseat. sic eniȝ mediũ potest poni in generatiõe & corruptione secundum q̄ accipitur cũ transmutatione dispositionũ & quia media transire contingit in diuersis mutationibus diuersimode subiungit q̄ nihil diceret: vel pauca vel multa media facere per que aliquid moueatur de extremo in extremum: neqȝ accipere aliquod medium positiue: vt palidum inter album & nigrum: vel remotiue: vt inter bonum & malum quod neqȝ bonum neqȝ malum est: quia qualitercunqȝ media se habeant: semper accidit q̄ eadem multotiens pertranseatur.

Deinde cum dicit.

Manifestũ igitur ex his: quoniã neqȝ phisiologi bene dicunt oĩa sensibilia moueri semper dicẽtes: moueri eniȝ necesse est aliquẽ hoꝝ motuũ & maxime secũdũ illos ẽ alterari. Fluere enim dicunt & semp corrũpi. Adhuc autem & gñatiõeȝ et corruptiõnẽ alteratiõnẽ dicũt. Nõ aũt nũc dixit vniuersaliter de omni motu: q̄ secũdũ nullũ motũ cõtingit moueri cõtinue extra quẽ circulo. Quare neqȝ scd̄m alterationem: neqȝ scd̄m augmentũ: q̄ q̄dẽ igit' neqȝ infinita sit mutatio neque vna: neque cõtinua extra circuli motũ. nobis dicta sint tanta.

Concludit ex premissis q̄ antiqui naturales non bene dixerunt ponẽtes omnia sensibilia semper moueri: q: oȝ q̄ mouerent' s̄m aliquez predictoruȝ motuũ de quibus ostendimus q̄ non possunt eẽ ĩ ppetuũ continui: & maxie quia secundũ q̄ illi dicunt motus semper cõtinu' ẽ alteratio. dicunt enim q̄ omnia semp defluunt & corrũpunt': & adhuc dicunt q̄ generatio & corruptio nihil ẽ aliud q̄ alteratio & sic duȝ dicunt oĩa semper corrumpi: debẽnt oĩa semper alterari. pbatũ est aũt per rõnem supra inductã q̄ nullo motu contingit semper moueri nisi circulari: & sic relinquit' q̄ neqȝ s̄m alteratiõnẽ: neqȝ s̄m augmentum: possunt omnia semper moueri vt illi dicebant. Ultimo autem principale intentũ epilogãdo concludit s. q̄ nulla mutatio possit esse infinita & continua nisi circularis.

co.75.

Deinde cum dicit.

Quod aũt lationũ circularis prima sit: manifestũ est. Omnis.n. scd̄m locum motus: sicut & prius diximus: aut in circulo: aut in recto: aut mixtus ẽ. Hoc aũt necesse ẽ priores esse illos. Ex illis.n. cõstitutus est. Recto autẽ circularis: simplex eni & pfect' magis est. In infinitũ .n. nõ est rectũ ferri. sic.n. ĩfinitũ nõ est. sȝ neqȝ si esset moueret' vnqȝ nihil. nõ enim fit ĩpossibile. Trãsire at ĩfinitũ ĩpossibile ẽ ĩfinito at recto reflectẽs q̄dẽ cõpositus est. et duo sunt motus. Nõ reflexus aũt ĩpfect' et corrupt'. Prius at et nã et ratiõe et tempore est perfectum quidez ĩperfecto. Corruptibili at incorruptibile.

Probat q̄ mot' circularis sit primus motuũ duabus rõnibus. quarũ prima talis est: oĩs motus localis vt pri' dictũ est aut est circularis aut rectus aut cõmixt'. circularis aũt & rectus sunt priores commixto: q: ex illis constituitur. Inter illos autem duos circularis est prior recto. circularis enim est simplicior & perfectior recto. quod sic probat. motus enim rectus non potest procedere in infinituȝ: hoc eni esset dupliciter: vno modo sic q̄ eẽt magnitudo per quam transit motus rectus infinita: quod est impossibile. Sed etiam si esset aliqua magnitudo infinita nihil mouetur ad infinitum. Quod enim ĩpossibile est esse nunq̄ fit aut generatur. impossibile est autem transire infinitum. nihil ergo mouetur ad hoc q̄ infinitũ pertranseat non ergo potest esse motus rectus infinitus super magnitudinẽ infinitã. alio modo posset intelligi motus rectus infinitus super magnitudine finita per reflexionem. sed motus qui est reflexus non est vnus vt supra probatum est: sed est compositum ex duobus motibus. si autem sup lineã recta finita non fiat reflexio: erit motus imperfectus & corruptus. imperfectus quidem q: possibile est ei fieri additionem: corruptus autem q: cuȝ peruẽit ad terminũ magnitudinis cessabit motus. sic ergo patet q̄ motus circularis qui non est cõpositus ex duobus & qui non corrũpitur cum venit ad terminũ cuȝ sit idez eius principiũ & finis: est simplicior & perfectior: q̄ motus rectus. perfectuȝ aut eȝ est prius imperfecto: & similiter incorruptibile & natura & ratione & tempore sicut supra ostensum est cum probabatur loci mutationẽ esse priorem alijs motibus. Necesse est ergo motum circularem esse priorem recto.

Le.16.

Le.16. 18.

Deinde cum dicit.

Lec.14.

Amplius prior est quẽ cõtingit ppetuũ eẽ nõ cõtingẽn. Circularẽ q̄dẽ igit' cõtingit ppetuũ eẽ: aliorꝫ at neqȝ loci mutatiõnẽ: neqȝ aliuȝ neqȝ vnũ cõtigit eẽ ppetuũ: statũ eni oportet fieri. Si aũt status est. corrupt' est mot' prior.

Ponit secundam rationem que talis est motus qui pt esse perpetuus est prior eo qui perpetuus esse nõ potest: q: perpetuuȝ est prius non perpetuo & tempore & natura. circularis etiaȝ motus potest esse perpetuus & nullus aliorꝫ motuũ: cum oporteat eis succedere quietem. vbi autez quies superuenerit corrumpit' mot'. Relinquit' ergo motus circularis sit prior omnib' alijs motibus. hec autem que in hac ratione supponit ex superiorib' patent.

Co.75.

Rationabiliter autem accidit circularem vnum esse et continuum: et non rectum. Eius enim qui in recto determinatum est principium et finis et medium: et omnia hec habz in seipso. Quare est vnde incipiet quod mouetur et vbi finiet. Apud terminos enim quiescit: aut vnde: aut vbi. Circularis autem indeterminati sunt. Quid enim magis quicunque terminus eorum qui sunt in linea. Similiter enim vnumquodque principium et mediuz est et finis et semper quedam sunt in principio et fine et nunquam mouetur: et quiescit quodammodo spera. Eundem enim obtinet locum. Causa autem est: quia omnia hec accidunt centro: principium enim et medium magnitudinis et finis est. Quare propter id quod extra circularem est: non est vbi quod feratur quiescat: sic enim semper fertur circa medium: sed non ad vltimum: propter hoc autem manet semper quiescit quodammodo totuz: et mouetur continue.

Lectio .xx.

Postquam Philosophus ostendit per proprias rationes quod motus circularis est continuus et primus. hic ostendit idem per quasdam logicas et communes rationes et ponit tres rationes. circa quarum primam dicit quod rationabiliter accidit quod motus circularis sit vnus et continuus in perpetuum: non autem motus rectus: quia in recto determinatur principium medium et finis: et omnia hec tria assignantur in ipsa linea recta et ideo est in ipsa linea vnde incipit motus et vbi finiatur: quia omnis motus quiescit apud terminos. s. vel a quo vel ad quem. has enim duas quietes. s. in. v. distinxerat: sed in linea circulari termini non sunt distincti. nullus enim est ratio quare vnum punctum signatum in linea circulari sit magis terminus quam alius: quia vnumquodque similiter est et principium et medium et finis. et sic quodammodo quod mouetur circulariter semper est in principio et in fine: in quantum. s. quolibet punctum signatum in circulo potest accipi vel principium vel finis et quodammodo nunquam est in principio vel fine: in quantum. s. nullum punctum circuli est principium vel finis in actu. vnde sequitur quod spera quodammodo mouetur et quodammodo quiescit: quia sicut in. vj. spera dum mouetur semper obtinz eundem locum subiecto: et quantum ad hoc quiescit: aliquid tamen et aliud secundum rationem: et quantum ad hoc mouetur: ideo autem in ipsa linea circulari non distinguitur principium medium et finis: quia hec tria pertinet ad centrum: a quo sicut a principio procedunt linee ad circumferentiam: et ad ipsum terminantur linee a circumferentia protracte: et est etiam medium totius magnitudinis sed equidistans ad omnia signa circumferentie. et ideo quia principium et finis circularis magnitudinis est extra circulationem. s. in centro ad quod non pergit quod circulariter mouetur: non est assignare in motu circulari vbi quiescat illud quod fertur cum peruenerit ad ipsum: quia quod circulariter mouetur semper fertur circa medium: sed non fertur ad vltimum: quia non fertur ad medium quod est principium et vltimuz: et propter hoc totum quod sperice mouetur quodammodo semper quiescit: et quodammodo continue mouetur: vt dictum est. Ex his ergo que dicta sunt sic ratio extrahi potest. omnis motus qui nunquam est in principio et fine est continuus: sed motus circularis est huiusmodi: ergo et cetera. et per idem medium probatur quod motus rectus non possit esse continuus. Deinde cum dicit.

Lec.9.

Lec.10.

Co.76.

Accidit autem conuersim. et namque quoniam mensura motuum circulatio: primam necesse est ipsam esse. Omnia enim mensurantur primo. et quia primum mensura aliorum est.

Ponit secundam rationem dicens quod hec duo conuertibiliter se sequuntur. s. quod motus circularis sit mensura omnium motuum et quod sit primus motuum. omnia enim mensurantur primo sui generis vt in. x. metaphysice ostenditur. et sic ista propositio conuertibilis est: omne quod est mensura est primum sui generis et omne quod est primum est mensura. sed motus circularis est mensura omnium aliorum motuum: vt patet ex his que in fine quarti sunt dicta. ergo motus circularis est primus motuum vel si supponatur quod motus circularis sit primus motuuz propter supra dictas rationes concludetur quod sit mensura aliorum motuum. Tertiam rationem ponit ibi.

Lec.2.

Lec. vltima.

Amplius autem et regularem contingit circularez esse solum. Que enim in recto a principio irregulariter feruntur ad finez. Omnia enim quanto distant quidez plus a quiescente feruntur velocius. Circularis autem solius. neque finis neque principium in ipso aptum natuz est esse. sed extra.

Dicens quod solus motus circularis potest esse regularis: quia que in linea recta mouentur regulariter feruntur a principio vsque ad finem. est enim motus irregularis: vt in. v. dictum est quando non est equaliter velox per totum. quod necesse est accidere in omni motu recto: quia in motibus naturalibus quanto aliquid quod mouetur plus distant a prima quiete a qua incipit motus velocius mouetur. in motu autem violento quanto plus distat ab violento quiete ad quam terminatur motus: tanto velocius mouentur. Nam motus naturalis intendit in fine: violentus autem in principio. hoc autem in motu circulari locum non habz: quia in circulo principium et finis non est natum esse inter ipsaz circulationem que fit per circumferentiam. (Sed extra). i. in centro: vt dictum est. vnde nulla est ratio quare intendatur et remittatur motus circularis quasi per approximationem ad principium vel finez: cum semper equaliter appropinquat centro quod est principium et finis. Manifestum est autem ex his que in. v. dicta sunt: quod motus regularis est magis vnus quam irregularis. et sic motus circularis est prior naturaliter quam motus rectus. quanto enim aliquid est magis vnum: tanto naturaliter prius est. Deinde cum dicit.

Lec.7.

5.le.9.

Lec.7.

Co.77.

Quod autem secundum locum mutatio primus motuum est. testantur omnes quicunque de motu fecerunt memoriam. Principia enim tradunt ipsius mouentibus secundum huiusmodi motuz. Disgregatio autem et congregatio motus secundum locum sunt. sic enim mouet concordia et discordia. hec quidem enim disgregat. illa autem congregat. et ipsum autem intellectum ait Anaxagoras disgregare mouentem primus. Similiter autem et quicunque huiusmodi quidem neque vnam causam dicunt: propter vacuum autem moueri dicunt. Et namque hi secundum locuz motum natura moueri dicunt. Motus enim propter vacuum loci mutatio est: et sicut in loco. aliorum autem neque vnum in esse primis corporibus: sed his que sunt ex his opinantur. Augmentari enim et corrumpi et alterari congregatis et disgregatis atomis corporibus dicunt. Eodem autem modo quicunque propter densitatem aut raritatem efficiunt generationem et corruptionem. Congregatione enim et disgregatione hec componunt. Amplius autem et preter hos animam causam facientes motus. ipsum seipsum enim mouens. Principium esse dicunt eorum que mouentur. Mouebit autem animal et omne animatum secundum eam que est secundum locum cinesim. Et proprie autez moueri dicimus solum quod mouetur secundum locum motuz. Si autem quiescat quidem in seipso: augmentetur autem aut detrimentum patiatur aut alteretur. contingit quodammodo moueri. Simpliciter autem moueri non dicimus.

¶ Ostendit per opiniones antiquoꝝ philosophoꝝ ꝙ motus localis sit primus motuū. ⁊ dicit ꝙ huic veritati attestantur dicta omniū philosophoꝝ antiquoꝝ qui de motu fecerunt memoriā q: principijs attribuūt ꝙ moueant motu locali. hoc ostēdit primo per opinionē Empe. qui posuit amicitiā ⁊ litē prima principia mouētia: quoꝝ amicitia congregat: lis vero disgregat. congregatio aūt ⁊ disgregatio sunt motus locales. Scḋo ostēdit idē per opinionē Anax. qui posuit intellectū primā cāin mouentē cuius opus fuit ipm disgregare cōmixta. Tertio ostēdit idē per opinionem democ. qui nō posuit cāz mouētē: sz dicit ꝙ oīa mouent ꝓp naturā vacui: motus aūt qui ē ꝓp vacuū est loci mutatio: q: vacuū ⁊ locus non differūt nisi rōne: vt in quarto dictū est. ⁊ sic dū ponūt res primo moueri ꝓp vacuū, posuit motū localē naturaliter primū: ⁊ nullū alioꝝ motuū. Sz alios motus opinant̄ cōsequi ad motū localē dicūt enī sequētes democritū ꝙ augmētari ⁊ corrumpi ⁊ alterari fit per q̄ndā cōgregationē ⁊ disgregationē indiuisibiliū corpoꝝ. Quarto ostendit idē per opiniones antiquoꝝ naturaliū q ponebāt vnā cām materialē tm̄: vel aquā vel aerē vel ignē vel aliquid mediū. ex illo enī vno materiali pricipio cōstituūt gnationē ⁊ corruptionē reꝝ per cōdensatōēs ⁊ rarefactōēs q̄ ꝑ q̄ndā ꝯgregatōēs ⁊ disgregatōēs ꝯplētur. Quīto ostēdit idē ꝑ opinionē platonis q posuit aīām esse primā causaz motus. posuit eniz plato ꝙ mouens seipsum qḋ ē aīa: est principiuz eoꝝ que mouent̄. mouere aūt seipsuz cōuenit aīali ⁊ oī aīato. scḋm eū q ē scḋm locū cinesiz. i. per trāsmutationē localē. Sexto aūt ostēdit idē per ea que cōiter ⁊ vulgariter loquētes dicūt. illud eniz soluz dicimus moueri qḋ mouet̄ scḋm motū localē. Si aūt aliquid quiescat in loco sz moueat̄ motu augmēti aut decrementi aut alterationis. dicitur quod mouetur quodammodo: sed non simpliciter. ¶ Deinde cum dicit.

Lec. 9. Quod quidem igitur semper motus erat ⁊ erit omni tempore: ⁊ quod principium perpetui motus. Adhuc autem quis motus primus: ⁊ quem motum perpetuum contingit esse solū: ⁊ primū mouēs qḋ īmobile sit: dcm̄ ē.

¶ Epilogat que dixerat. s. ꝙ motus semper fuerit ⁊ semper erit: ⁊ ꝙ est aliquod primum principium motus perpetuuz: ⁊ quis sit primus motus: ⁊ quem motum contingat esse perpetuum: ⁊ ꝙ primuz mouens sit immobile. Hec enim omnia in precedentibus declarata sunt.


Co. 78. Quod autem hoc necesse est impartibile esse ⁊ nullam habere magnitudinem nunc dicamus determinantes primum de prioribus ipso.

Lectio. xxi.

Postquam Philosophus ostendit q̄lis sit primus motus: hic ostēdit q̄lis sit primū mouēs: ⁊ diuidit in ꝑtes duas. primo dicit de quo est īctō. secundo exequit̄ propositū ibi. (Eoꝝ aūt q est.) Dicit aūt primo ꝙ cū dictū sit supra ꝙ primū mouens est imobile: nūc dicēdū est ꝙ primū mouens est indiuisibile ⁊ nullā habēs magnitudinē sicut omnino incorporeū sed antequā hoc ostēdamus oportet predeterminare quedā q̄ exiguntur ad huiōi probationē. ¶ Deide cū dicit.

Horum autem vnum quidē est: ꝙ impossibile est nullū finitū mouere secundum infinitum tempus. Tria enim sunt quod mouetur mouens: in quo tertiuz tempus: hec autez aut finita omnia. aut infinita sunt omnia: aut quedam: aut duo: aut vnū. Sit igitur. a. mouens. Quod autem mouetur. b. Tempus infinituz in quo. c. Ipsum. d. igitur moueat aliquaz partem ipsius. b. que est in quo. e. Non igitur in equali ipsi. c. in pluri enim maius. Quare non est infinitum tempus quod est ipsius. z. Sic itaqz ipsi. d. apponens auferaz ipsum. a. ⁊ ipsi. e. ipsum. b. Tempus autem non auferam semper remouens equale: infinituz enim est. Quare omne. a. totuz. b. mouebit infinito tempore ipsius. c. Non ergo possibile est a finito moueri nihil secundum infinitum motum. Quod quidem igitur non contingit finitum in infinito tēpore mouere manifestum est.

¶ Demonstratio qua probatur ꝙ finitum mouens non potest mouere aliquid in tempore infinito.



¶ Exequit̄ ꝓpositū. ⁊ primo premittit quedaz que sunt necessaria ad principalis ꝓpositi ostēsionez scḋo ostēdit principale ꝓpositū ibi. (Determinatis aūt his.) Circa primū tria facit primo ostēdit ꝙ ad motū īfinitū requirit̄ potētia infinita. secūdo ꝙ potētia īfinita nō pt eē ī magnitudie finita ibi. (qḋ aūt oīo īfinita magnitudie) Tertio ꝙ primū motorē oz eē vnū q moueat motū ꝯtinuū ⁊ sempiternū ibi. (De his aūt q̄ ferunt̄.) Dicit ergo primo ꝙ inter ea q̄ ꝓdetermināda sunt an̄ principale ꝓpositū: vnū ē qḋ ē īpossibile aliqḋ finitū sz potētiā moue̅ ꝑ tps īfinitū. qḋ sic ostēdit. Tria sunt ī quoꝝ motu: q̄rū vnū ē qḋ mouet̄: aliḋ ē ipz mouēs: tertiū aūt est tēpus ī q̄ fit motus. oz aūt ꝙ aut oīa ista sint īfinita: aut oīa sint finita: aut ꝙ q̄dā sint finita ⁊ q̄dā īfinita vl̄ duo tm̄: vl̄ vnū. Ponat̄ ergo primo ꝙ. a. sit mouēs. b. qḋ mouet̄. tēpus vō ī q̄ sit motus sit. c. ⁊ ponatur ꝙ aliq̄ ps ipius. a. q̄ ē. d. moueat aliquaz ptem. b. que est. e. His ergo positiōibus factis cōcludi pōt ꝙ. d. mouet. e. in tempore nō eq̄li ipsi c. in q̄. a. mouebat. b. sed in tempore minori probatū est *Lec. 6.*

enim in sexto ꝙ totū mobile in maiori tēpore pertransit aliquod signū ꝙ̄ pars eius. tūc ergo tēpus quod est c. sit infinitū. Relinquitur ꝙ tēpus in quo. d. mouet. non erit infinitū: sed finitū. ⁊ sit illud tēpus. z. vt sicut a. mouet. b. ī tēpore. e. c. infinito: ita. d. moueat. e. in tēpore. z. finito cū aūt. d. sit pars ipsius. a. auferet vel consumetur cum sit finitum. Omne enī finitū consumitur per subtractionem si eadē quantitas semp̄ sumatur: vt in tertio dictū ē. ⁊ similiter consumet ipsum. b. si continue subtrahatur aliquid ab ipso ⁊ apponat ipsi. e. q: b. etiā pōebat esse finitū ⁊ quātuncūq; auferat a tēpore qd̄ est. c. etiā fm eandem quantitatē anferendo. non cōsumit totū. c. q: ponitur esse infinitū. Ex hoc concludit ꝙ totum. a. mouet totū. b. in tp̄e aliquo finito quod est pars ipsius. c. quod quidē sic sequitur ex premissis. q: fm ꝓportionē qua additur ad mobile ⁊ ad motorē: addit etiā ad tēpus. cum ergo subtrahendo a toto mobili ⁊ motore: ⁊ addēdo ad partes ipsoꝝ cōsumatur quādoq; totū mobile ⁊ totū mouens: ita ꝙ totū qd̄ erat in toto addet parti. sequit ꝙ ꝓportionabiliter addēdo ad tempus: resultabit tēpus finitū in quo totū mouēs mouebit totū mobile. ⁊ sic oportet ꝙ si totū mouens est finitū ⁊ mobile finitū: ꝙ tēpus sit finitū. Si ergo non est possibile ꝙ a finito mouente moueat aliqd motu īfinito. s. fm tēpus infinitū. ⁊ sic p; qd̄ prīo ponebat ꝙ nō cōtingit ꝙ finitū mouens moueat in tēpore infinito. Mouet autē Auicenna dubitationē circa hāc Ar. demonstrationē. videtur enī non esse vniuersalis. ē enī aliquod finitū mouens ⁊ mobile a quo nō pōt aliqd auferri vel subtrahi: sicut est corpus celeste: quod tamen in hac demonstratione non excipitur. vnde videtur ꝙ vel demonstratio sit particularis vel procedat ex falsa suppositione. Huic aūt obiectioni respondet Auer. in cōmento: ꝙ quāuis a celo nihil posset subtrahi: hec tamen conditionalis est vera: si a celo aliqua pars auferat: pars illa mouebit aut mouebitur in minori tempore quam totum: nihil enī prohibet conditionalē eē verā cuius antecedēs ē īpossibile: sicut p; in hac conditionali: si homo volat h; alas: quicquid autē tollit veritatē cōditionalis vere falsū est: licet antecedens conditionalis sit falsū. Veritas aūt predicte conditiōalis non potest stare cū hoc ꝙ finitum moueat tēpore infinito vt patet per deductionem Aristo. sic igitur ex veritate ꝑmissa conditionalis cōcludit Ar. impossibile esse qd̄ finitum moueat tempore infinito. Potest aūt h; unus dici ꝙ Ar. quando in demōstrationibus suis vtitur ablatōne vel subtractione: nō semp̄ per ablationē intelligenda ē solutio cōtinuitatis q̄ īpossibile est esse in corpore celesti sed ablatio intelligi pōt fm q̄cūq; designationem. sicut ī ligno continuo manente possum designare vel tactu vel cogitatione aliquod punctum quasi diuidens totū: ⁊ per hunc modum auferre aliquā partem a toto: dicere ꝙ minor albedo est in parte quam in toto: ⁊ per hunc etiā modum potest dici ꝙ virtus ad mouendum in parte corporis celestis per designationē ablata: minor ē q̄ ī toto: Alia aūt dubitatio est difficilior. Nō enī videt eē cōtra rōnē mouētis finiti qd̄ moueat tp̄e infinito. q: si illud finitū sit icorruptibile vel īpassibile scd̄z suā naturā: ⁊ nō recedēs a sua natura: semp̄ eodē modo se h; ad mouendum quia idē semper eodē modo se hñs semp̄ facit idē. vñ nō ē magis ratio quare nō potest mouere postq̄ ante. ⁊ hoc sensibiliter apparet. videmus enī ꝙ sol pōt in īfinito tp̄e mouere corpora inferiora. Ad huius autem dubitationis solutionem inuestigandus est ꝓcessus demonstrationis inducte. certum enī esse d; ꝙ sic intelligenda est conclusio quemadmodum sequitur ex premissis. Considerādū est igitur ꝙ tempus motus pōt accipi dupliciter precipue ī motu locali: vno modo fm partes mobilis. Alio mō fz partes magnitudinis supra quam transit motus. Manifestum est igitur ꝙ prius vna pars mobilis pertransit aliquod signum magnitudinis q̄n totum mobile: similiter etiam totum mobile prius pertransit vnam partē magnitudinis quā totam. Apparet autem manifeste ex processu Ar. ꝙ hic loquitur de tempore motus fm ꝙ tempus motus accipitur fm partes mobilis: ⁊ nō secūdū ꝙ accipitur fm partem magnitudinis que motu pertransitur. Eadem enim est proportio partis motoris ad ptes mobilis: que est proportio totius motoris ad totum mobile. Unde equali velocitate semper pars mouebit partē qua totum mouet totum. ⁊ sic in equali tēpore pertransibit pars mobilis aliquā magnitudinē mota a pte motoris: ⁊ totū mobile motū a toto motore. vel forte in minori tēpore mouebitur totū q̄ pars: q: potentia vnita maior est q̄ potentia diuisa: ⁊ quanto maior est potentia mouentis. velocior est motus ⁊ tēpus minꝰ. oportet ergo ꝙ hoc intelligat fm quod accipitur tēpus motus fm partes mobilis: quia vna ps mobilis in minori tēpore ptransit aliqd̄ signū: q̄ totū mobile: ⁊ fm hoc est īpossibile ꝙ tempore īfinito moueat nisi sit mobile īfinitū. īpossibile ē aūt ꝙ mobile īfinitū moueat a motore finito. quia semp̄ virtus motoris ē maior q̄ virtus mobilis. vñ necesse est ꝙ mobile īfinitū moueat a motore īfinito. ⁊ sic sicut īpossibile sequit ex hoc ꝙ ponit ꝙ motor finitꝰ moueat mobile finitū motu q sit infinitus fm partes mobilis. Ita remoto hoc īcōuenienti: oportet vlterius hic cōcludere ꝙ motus īfinitus sit mobilis infiniti a motore infinito. Si cōtra hoc potest aliqs obijcē. ꝙ Ar. supra nō ꝓbauit motū esse īfinitū fm partes mobilis: sicut motꝰ corporis infiniti dr̄ īfinitus: q: totū vniuersum corporeū finitū est vt ꝓbatū ē in tertio huius: ⁊ ꝓbabit ī primo de celo. vnde non vr̄ esse demōstratio Ar. sic verificata ad ꝓpositū cōcludendū: vt. s. primus motor qui mouet motū infinitū sit infinitus. Sz dicēdū ꝙ id qd̄ ē cā primam motus infiniti oportet ꝙ sit per se cā infinitatis motꝰ: q: semper cā que est per se ē prior ea que ē per aliud. vt supra dictū est. virtus aūt cause per se determinat ad effectū per se ⁊ non ad effectū p accidēs. sic enī supra docuit Ar. in secundo comparare cās effectibꝰ. cū aūt contingat motū esse infinitū dupliciter: sicut dictū ē. s. fm ptes mobilis ⁊ fz ptes magnitudinis supra quā trāsit motus: per se infinitū ē ī motu ex partibꝰ mobilis: per accidēs aūt fm partes lōgitudinis: q: quātitas motꝰ que attēdit fz ptes mobilis cōpecit ei secundū propriū subiectū: ⁊ ita inest ei per se. Quantitas autem motus non accipit secundum partes longitudinis sed secundum reiterationē motus ipsius mobilis: prout. s. mobile totū qd̄ cōplevit motū suū per vnam partē longitudinis iterato pertransit aliam. Id ergo quod ē cā prima infinitatis motus h; virtutem super infinitatem motus que est per se: vt. s. possit mouere mobile infinitum si contingat. ⁊ ideo necesse est ꝙ sit infinitum: ⁊ q̄uis primū mobile sit finitū: tamen h; quandam similitudinem cū infinito: vt dcm̄ est in tertio. Ad hoc autē ꝙ aliquid sit cā motus infiniti per reiterationē motus: que ē per accñs nō oportet ꝙ habet virtutē infinitā: sed sufficit si h; virtutē ī mobilē finitā: q: semp̄ manēte eadē virtute poterit reiterare eūdem effectū. sicut sol h; virtutem finitā ⁊ tñ possz mouere inferiora elemēta tēpore infinito si motus esset sempiternus fm positionē Ar. non enī est prima cā infinitatis motus. sed quasi ab alio mota ad mouendū tempore infinito fm positionē predictā. Deinde cū dicit.

Quod autem omnino infinita magnitudine non contingit infinitam esse potentiam: ex his manifestum est. sit enim plus potentia semper equale in minori faciens tempore vt calefaciens: aut dulce faciens: aut proiciens: et omnino mouens. Necesse ergo et a finito quidē infinitam autem habente potentiam pati aliquid patiens: et plus q̄ ab alio. Plus enim est infinita potentia. At vero tempus. non contingit esse nullum. Si enim est in quo. a. tempus in quo infinita vis calefacit: aut depellit in quo autem. a. b. finita quedam ad hanc maiorē

Lec. 9.
Q. d. Auicen.
Responsio Auerrois.
Alia rñsio.
Alia questio.
2. de generatione ⁊ corruptiōe. Lec. 9.
Responsio.
obiectō
Physicorū. 3. Lec. 8.
prīo ce. Lec. 9. 10. ⁊ 11.
Rñsio.
2 ex. 9. Lec. 6.
Lec. 5.
Co. 79.

semper accipiens finitam veniam. Aliquando ad id quod in .a. tempore motum erat. Ad finitum enim semper addens excellam omne determinatum: et auferens deficiens similiter. In equali ergo tempore mouebit finita ipsi infinite. Hoc autem impossibile.

¶ Demonstratio quod nulla magnitudo finita habet potentiam infinitam.

A. tempus in quo infinita potentia mouet.



B. tempus in quo finita potentia mouet



¶ Ostendit quod necesse est virtutem que est in magnitudine proportionari magnitudini in qua est. et primo ostendit in magnitudine finita quod non potest esse potentia infinita: quod principaliter intendit: secundo quod nec in magnitudine infinita potest esse potentia finita ibi. (Neque igitur finitum.) Quod autem in magnitudine finita non contingat esse potentiam infinitam probat duas suppositiones premittendo quarum prima est quod maior potentia equalem effectum perficit in minori tempore quam minor: sicut maior potentia calefactiua ad equalem caliditatem producit id in quo agit in minori tempore. et simile est de potentia dulcoratiua vel proicientis vel cuiuscunque mouentis. Et ex hac suppositione concludit: quod cum potentia infinita sit maior quam potentia finita necesse est quod si sit aliqua finita magnitudo habens potentiam infinitam: quod tali agente siue vnum patiens siue plura patiantur in eodem tempore maiorem mutationem quam ab alio habente potentiam finitam: vel econuerso quod equalem mutationem patiens ab eo patiatur in minori tempore vnum quam enim potest intelligi in eo quod dicit (et plus quam ab alio) Secunda suppositio est: quia omne quod mouetur: mouetur in tempore vt in .vj. probatum est: non potest esse quod patiens

Lec. 6.

immutetur ab agente infinite potentie in non tempore: mutatur ergo in tempore. Ex hoc sic procedit. sit tempus in quo virtus infinita mouet calefaciendo vel impellendo .a. tempus autem in quo aliqua virtus finita mouet sit .a.b. quod est maius quam a qualibet autem potentia finita potest accipi alia maior. Si ergo accipiamus aliam maiorem potentiam finitam quam primam que mouebat in tempore a.b. sequitur quod hec secunda potentia mouebit in tempore minori: et iterum tertia potentia finita maiori in tempore adhuc minori. et sic semper accipiendo finitam potentiam: veniam aliquando ad hoc quod aliqua finita moueat in tempore a. cum enim semper fiat additio ad potentiam finitam: excedetur omnis determinata proportio. Similiter autem additur ad potentiam motiuam: et subtrahitur a tempore motus: quia maior potentia in minori tempore mouere potest. sic ergo sequitur quod finita potentia perficiat motum in equali tempore cum potentia infinita que ponebatur mouere in a. hoc autem est impossibile. ergo nulla magnitudo finita habet potentiam infinitam.

Questio .1.

Dubitatur autem circa hanc rationem multipliciter. primo namque videtur quod hec ratio nullo modo concludat. quod enim conuenit alicui per se per nullam potentiam potest ab eo remoueri quantumcunque sit magna. Non enim est ex defectu potentie vel infinitati potentie repugnat: si dicatur fieri non posse quod homo non sit animal. Esse autem in tempore per se conuenit motui: ponitur enim motus in diffinitione temporis: vt supra in quarto habitum est. ergo si ponatur etiam potentia infinita mouens: non sequitur quod motus sit in non tempore. vt Aristoteles hic concludit.

Le. 17. questio .2.

Item si consideretur processus philosophi: ex hoc concludit quod motus sit in non tempore: quia potentia mouens est infinita: sed potentia infinita mouens etiam potest non esse in corpore: ergo eadem ratione sequitur quod talis potentia si sit infinita mouebit in non tempore: non ergo per hoc quod est immobile moueri in non tempore: potest concludi quod nulla virtus infinita est in magnitudine: sed quod simpliciter nulla virtus mouens sit infinita.

questio .3.

Item ad magnitudinem potentie duo pertinere videntur scilicet velocitas motus et diuturnitas temporis. et secundum excessum potentie fieri videmus excessum in vtroque dictorum: sed secundum excessum potentie infinite supra ostendit quod motus perpetuus est ab aliqua potentia infinita: non autem quod aliqua potentia infinita non sit in magnitudine. ergo similiter et hic secundum excessum in velocitate non debet concludi quod nulla virtus infinita sit in magnitudine: sed quod virtus que mouet tempore infinito propter sui infinitatem moueat etiam in non tempore.

questio .4.

Item videtur conclusio esse falsa. quanto enim est maior virtus alicuius corporis: tanto diutius potest conseruari in esse. Si ergo nullius corporis potentia esset infinita: nullum corpus posset in infinitum durare: quod patet esse falsum tam secundum opinionem ipsius: quam secundum sententiam fidei christiane: que ponit substantiam mundi in infinitum duraturam. Posset etiam moueri obiectio de diuisione et additione quibus vtitur: quod non conueniunt rebus naturalibus: sed quia superius satis dictum est pretermittatur ad presens. His ergo dubitationibus per ordinem respondentes

Ad primam

dicendum est ad primam: quod philosophus non intendit hic facere demonstrationem ostensiuam: sed demonstrationem ad impossibile ducentem: in qua quia ex aliquo dato aliquid sequitur quod est impossibile: excluditur primum datum impossibile esse non autem est verum quod primum datum simul tamen conclusione esse sit possibile. sicut si daretur quod esset aliqua potentia que posset remouere genus a specie: sequeretur quod illa potentia posset facere quod homo non esset animal. Sed quia hoc est impossibile: impossibile est et primum: non autem ex hoc potest concludi esse possibile quod sit aliqua potentia que faciat hominem non esse animal. ita ex hoc quod est aliquam potentiam infinitam esse in magnitudine: ex necessitate sequitur motum esse in non tempore. sed quia hoc est impossibile: impossibile est infinitam potentiam esse in magnitudine. nec potest ex hoc concludi esse possibile quod potentia infinita moueat in non tempore.

Ad secundam

Ad secundam autem dubitationem respondet Auerrois in commento huius loci: dicens quod ratio Aristo. hic procedit de potentia ratione sue infinitatis. finitum autem et infinitum conuenit quantitati: vt supra habitum est, vnde potentie que non est in magnitudine non proprie competit quod sit finita vel infinita.

In priori Lec. 3. In probatione responsionis Auerrois Lec. vltima.

Sed hec responsio est et contra Aristotelis intentionem et contra veritatem. Contra intentionem quidem Aristotelis est: quia Aristoteles in precedenti demonstratione probauit quod potentia mouens tempore infinito sit infinita: et ex hoc infra concludit quod potentia mouens celum non est potentia in magnitudine. Est etiam contra veritatem: quia cum omnis potentia actiua sit secundum aliquam formam: eo modo conuenit magnitudo potentie: conuenit: et per consequens finitum et infinitum: sicut conuenit forme. forme autem conuenit magnitudo per se et per accidens per se quidem secundum perfectionem ipsius forme sicut dicitur magna albedo etiam parua nimis secun-

dũ in perfectionem proprie rationis: per accidens autẽ scḋ ꝙ aliqua alia forma habet extensionẽ in subiecto: sicut dr̄ magna albedo ꝓp magnitudinẽ superficiei. hec autẽ secunda magnitudo non potest cõpetere potẽtie q̄ nõ ẽ in magnitudine. sed prima magnitudo maxime ei competit: qꝛ potentie immateriales quanto sunt minus cõtracte ꝑ applicationẽ ad materiã: tãto sunt perfectiores ⁊ vltiores. Velocitas autem motus non sequitur magnitudinẽ virtutis que est per accidẽs per extensionẽ ad magnitudinẽ subiecti: sed magis eam que est per se secundũ propriam perfectionẽ: quia quãto aliqḋ ens actu est perfectius: tanto est vehementius actiuũ. vnde non potest dici ꝙ potentia que non est in magnitudine: quia non est infinita infinitate magnitudinis que est ex magnitudine subiecti: ꝓpter hoc non causet augmentũ velocitatis in infinitũ: qḋ est moueri in non tempore. Unde ⁊ idẽ cõmentator hãc dubitationẽ aliter soluit in vndecio meta. vbi dicit ꝙ corpus celeste mouetur a duplici motore. s. a motore cõiuncto qui est anima celi: ⁊ a motore separato qui non mouetur neqꝫ per se neqꝫ per accidens. ⁊ quia ille motor separatꝰ est infinite virtutis: motus celi acquirit ab eo ꝑpetuã durationem: quia vero motor coniunctus est finite virtutis ideo motus celi acquirit ab eo velocitatẽ determinatam. Sed nec ista responsio sufficiẽs est cũ enĩ vtrumqꝫ videatur consequi potentiã infinitã. s. ꝙ moueat tẽpore infinito: vt precedens demõstratio conclusit: ⁊ ꝙ moueat in non tempore vt videtur concludere hec demõstratio. Iterũ restat dubitatio: quare aĩa celi que mouet in virtute motoris separati infiniti: magis ab eo sortiatur vt possit mouere tempore infinito: q̄ vt moueat velocitate infinita. i. in non tempore. Ad hanc igitur dubitationem dicendũ est ꝙ omnis potentia que non est in magnitudine mouet per intellectum. sic enim philosophus probat celum moueri a suo motore in vndecimo meta. nulla autem potentia que est in magnitudine mouet quasi intelligẽs: probatũ est enĩ in. iii. de aĩa ꝙ intellectus non ẽ virtus alicuiꝰ corporis hec autẽ est differentia inter agens per intellectum ⁊ agens materiale. quia actio agentis materialis ꝓporcionatur nature agentis: tanta enim procedit calefactio quantus est calor: sed actio agentis per intellectum non proporcionatur nature ipsius: sed forme apprehense. non enim edificator tantũ edificat quantũ potest: sed quantum exigit ratio forme concepte. sic igitur si aliqua esset virtus infinita in magnitudine: sequeretur ꝙ motus ab ipsa procedens esset secundũ proportionẽ eiꝰ. ⁊ ita procedit demonstratio presens. si aũt sit virtus infinita nõ in magnitudine: motus ab ipsa non procedit scḋ ꝓportionẽ virtutis: sed secundũ rationẽ forme apprehense. id est secundũ ꝙ contingit fini ⁊ nature subiecti. Est etiã aliud attendendũ: ꝙ sicut probatũ est in. vi. huius: nihil mouetur nisi magnitudinẽ habẽs. vnde velocitas motꝰ est effectus receptus a mouente in aliquo habẽte magnitudinẽ: manifestũ est autẽ ꝙ nihil habens magnitudinẽ: potest recipere equalẽ effectũ proporcionatum potentie que non est in magnitudine: quia omnis natura corporea comparatur ad naturã incorpoream sicut quoddã particulare ad absolutũ ⁊ vniuersale. vnde non potest concludi si virtus infinita non sit in magnitudine: ꝙ ex ea consequatur infinita velocitas in aliquo corpore que ẽ effectus proporcionatus tali potentie: vt dictum est: sed nihil prohibet in aliqua magnitudine recipi effectũ virtutis que est in magnitudine qꝛ causa prior est effectu. vnde si poneretur ꝙ aliqua virtus infinita esset in magnitudine: sequeretur ꝙ effectus correspondens esset in magnitudine. s. velocitatis infinita ⁊ hoc est ĩpossibile. ergo ⁊ primũ. Ex his autem patet solutio tertie dubitationis: nam moueri tempore infinito non repugnat rationi magnitudinis mote continue enim magnitudini circulari: vt supra ostẽsum est. vnde a primo mouẽte infinite virtutis causatur motus diuturnitatis infinite: non autẽ motꝰ velocitatis infinite. Quartã vero dubitationẽ soluit Alex. vt Auer. dicit hic in cõmento ꝙ corpus celeste acquirit eternitatẽ a motore separato quod est infinite virtutis sicut ⁊ ꝑpẽtuitatem motus vnde sicut nõ est ex infinitate celestis corporis ꝙ in perpetuũ moueatur: ita non est ex infinitate corporis celestis ꝙ in perpetuum duret: sed vtrumqꝫ est ex infinitate motoris separati. Hanc autem responsionẽ Auerrois improbare nititur in hoc commento ⁊ in vndecimo meta. dicens ꝙ impossibile est ꝙ aliquid acquirat perpetuitatem essendi ab aliquo: quia sequereť ꝙ id qḋ in se est corruptibile: fieret eternum: sed perpetuitatẽ motus potest aliquis acquirere ab altero: cũ ꝙ motus ẽ actꝰ mobilis a mouẽte. dicit ergo ꝙ in corpore celesti quantũ est de se nõ est aliqua potentia ad non esse: quia eius substantie nõ est aliquid contrarium. sed in ipso est aliq̄ potentia ad quietem: quia motui eius contrariatur quies. ⁊ inde est ꝙ non indiget acquirere perpetuitatem essendi ab alio sed perpetuitatẽ motus ab alio acquirere idiget. ꝙ autẽ in corpore celesti non sit aliqua potentia ad nõ eẽ ex hoc contingere dicit ꝙ corpus celeste dicit non esse cõpositũ ex materia ⁊ forma: quasi ex potentia ⁊ actu: sed dicit ipsum esse materiã actu existentem. ⁊ formã eius dicit animã ipsius: ita tamen ꝙ nõ cõstituatur in esse per formam sed solũ in moueri. ⁊ sic dicit in eo esse non potẽtiam ad esse sed solũ ad vbi sicut philosophus dicit in vndecimo meta. Sed hec solutio ⁊ veritati repugnat ⁊ intẽtioni Aristotelis veritati quidem repugnat multipliciter. Et primo quia dicit ꝙ corpus celeste nõ componitur ex materia ⁊ formis: hoc enĩ est omnino impossibile. Manifestum est enim corpus celeste esse aliquid actu: alioqn̄ non moueretur. quod enim est in potentia tantum: non ẽ subiectũ motus: vt in. vi. habitum est. Oportet enim oẽ quod est actu vel esse formam subsistentem: sicut substantie separate: vel habere formam in alio: quod quidẽ se habet ad formam sicut materia ⁊ sicut potentia ad actũ. Non autem potest dici ꝙ corpus celeste sit forma subsistens: qꝛ sic esset intellectum in actu non cadens sub sensu neqꝫ sub quantitate. Relinquitur ergo ꝙ est compositũ ex materia ⁊ forma ⁊ potentia ⁊ actu: ⁊ sic est in ipso potentia quodãmodo ad nõ esse. Sed dato ꝙ corpus celeste nõ sit compositum ex materia ⁊ forma: adhuc oportet ponere in ipso quodammodo potentiam essendi. necesse est. n. ꝙ omnis substantia simplex subsistẽs vel ipsa sit suum esse: vel participet esse: substãtia autem simplex que est ipsũ esse subsistens nõ põt esse nisi vna. Omnis ergo substantia que est post primam substantiam simplicem participat esse. omne autem participans cõponiť ex participante ⁊ participato: ⁊ participans est in potentia ad participatum: ergo substantia quantumcunqꝫ simplex post primam substantiam simplicẽ est potentia essendi. Deceptus autẽ fuit per equiuocationem potentie. nã potentia quandoqꝫ se habet ad opposita: ⁊ hoc excluditur a corpore celesti: ⁊ a substãtiis simplicibus separatis: quia non esset in eis potentia ad non esse secundum intentionẽ Aristotelis: eo ꝙ substantie simplices sunt forme tantũ. forme autem per se conuenit esse. materia autẽ corporis celestis non est in potentia ad aliam formam: sicut enim corpus celeste comparatur ad suam figuram cuius est subiectum vt potentia ad actum ⁊ tamen non potest non habere talem figuram: ita materia corporis celestis comparatur ad talem formam vt potentia ad actum: ⁊ non est in potentia ad priuationem huius forme: vel ad non esse. Non enim oĩs potentia est oppositorũ: alioqn̄ possibile nõ sequeretur ad necesse: sicut dicitur in. ii. perihermenias. Est etiam eius positio contra intentionẽ Aristotelis qui in primo de celo in quadam demonstratione vtitur ꝙ corpus celeste habeat potentiam vel virtutem ad hoc ꝙ sit semper. non potest ergo euadere inconueniens per hoc ꝙ dicit in corpore celesti non est in potentia essendi hoc enim est manifestum falsum: ⁊ contra intentionẽ Aristotelis. Videamus ergo vtrum conuenienter impugnet solutionem alexã. qui dicit ꝙ corpus celeste acquirit eternitatem ab alio. Esset siquidem conueniens eiꝰ improbatio si Alexãder posuisset ꝙ corpꝰ celeste de se ha

vel. 12. Co. 41.

vel. 12. Lec. 6. Lec. 7. ⁊ 10.

Lec. 5.

Lec. 20.

vel. 12. Co. 41.

Vel. 12. Lec. 2.

Lec. 7.

Lec. 16.

beret potentiam ad esse ⁊ non esse: ⁊ ab alio acqreret esse semper. ⁊ hoc dico supposita intentiõe ipsius: vt nõ excludamus oĩpotentiaꝫ dei p quam corruptibile hoc potest indui in corruptionẽ: qd̕ nunc discutere ad propositũ non ptinet. sed tamen Auerrois ꝯ̃ suã intentiõe supposita concludere non pōt cõtra alex. q nõ posuit ꝙ corpus celeste acquirat eternitatẽ ab alio: quasi de se habẽtis potentiam ad esse ⁊ nõ esse: ꝫ quasi nõ habens ex se esse. Omne enĩꝫ qd̕ non est sinũ esse participat esse a cã prima que est suum esse vnde ⁊ ipse confitet̃ in libro de sbã orbis ꝙ de⁹ est cã celi non solum quãtum ad motum eius: ꝫ ꝫ quãtum ad sbãm ipsius: qd̕ non est nisi: qꝛ ab eo hꝫ esse: non autem hꝫ ab eo esse nisi ꝑpetuum hꝫ ergo perpetuitatem ab alio. ⁊ in hoc ꝯ̃ consonãt verba eius qui dicit in. v. meta. ⁊ supra in principio huius. viij. ꝙ quedã sunt necessaria que hñt cãm sue necessitatis. hoc ergo supposito plana est solutio ꝫ intentionẽ alex. ꝙ sicut corpus celeste hꝫ moueri ab alio ita ⁊ esse. vnde sicut motus perpetuus demonstrat infinitam virtutem motoris: nõ aũt ipsius mobilis: qꝛ eius demõstratio demõstrat infinitam virtuteꝫ esse a qua hꝫ esse: non tamen oĩno eodem modo se hꝫ potentia corporis celestis ad esse ⁊ ad moueri ꝑpetuo: non quidem ꝫm rõam quam ipse assignat ꝙ in corpore celesti sit quantũ ad moueri potentia ad opposita: que sunt q̃es ⁊ motus: ꝫ ad opposita que sunt diuersa vbi: ꝫ differunt quantũ ad aliud. Naꝫ motus ꝫ se cadit in tpe: esse vero non cadit in tpe: sed solum ꝫm qd̕ subiacet motui. Si ergo sit aliqd̕ esse qd̕ non subiacet motui illud ẽ nullo modo cadit sub tpe. potentia ergo que ad moueri in tpe infinito respicit infinitatẽ tpis directe ⁊ per se: sed potentia que est ad esse tpe infinito: si quidẽ illud esse sit trãsmutabile respexit quantitatem tpis: ⁊ ideo maior virtus requirit̃ ad hoc ꝙ aliquid duret ĩ eẽ trãsmutabili maiori tpe. ꝫ po⁹ q̃ ẽ respcũ eẽ trãsmutabil' nullo⁹ rspexit q̃titatẽ tpis. vñ magnitudo vel ĩfinitas tpis nihil facit ad ĩfinitatem vel magnitudinem potentie respectu talis esse. dato ergo per impossibile ꝙ corpus celeste non haberet esse ab alio: adhuc non pōt ex ꝑpetuitate ipsius cõcludi ꝙ in eo esset virtus infinita. Deinde cum dicit.

Co. 80.

Neqꝫ igit̃ finitum contigit infinitaꝫ potentiam habere: neqꝫ ĩfinitum ĩfinitam.

Probat ꝙ in magnitudine infinita non pōt esse potentia finita: ⁊ hoc duabus rõnibus. circa quarum primam tria facit. primo ponit ꝯclusionẽ principaliter intentã dicẽs ꝙ sicut magnitudine finita non pōt esse potentia infinita: ita nec in aliquo quanto infinito pōt esse potentia finita ꝫ totum. Nam pars infiniti si accipiat̃ finita habebit potẽtiam finitã. hoc aũt inducit nõ quasi necessariũ ad principale ꝑpositum ostendendam ꝫ quasi adherens ⁊ affine conclusioni prius demõstrate. Secundo ibi.


Et tamen contigit in minori magnitudine ampliorem potentiam esse. Sed adhuc magis ĩ maiori plurima.

Ponit quoddã per qd̕ alicui videri posset ꝙ ĩ magnitudine in infinita sit potentia finita. videmus enim ꝙ aliqua minor magnitudo hꝫ maiorem virtutem q̃ꝫ maior magnitudo: sicut paruus ignis hꝫ maiorem virtuteꝫ actiuam q̃ꝫ multus aer. sed per hoc non pōt haberi ꝙ quantũ infinitũ habeat potentiam finitã: qꝛ si accipiat̃ aliqua adhuc magis excedens magnitudo: habebit maiorẽ virtutẽ: sicut si aer maior ꝫm aliquã quantitatẽ hꝫ minus d̕ virtute q̃ꝫ paruus ignis: si multũ augeat aeris quãtitas habebit maiorẽ virtutẽ q̃ꝫ paruus ignis. Tertio ibi.

Si igitur ĩ quo est. a. b. ĩfinitum: sed. b. c. habet potentiam quandam que in aliquo tempore mouet ipsum. d. in tempore in quo est. e. ꝫ. Si igitur ipsi. b. c. duplã accipio: in medio mouebit tempore ipsius. e. ꝫ. Sit enim hec proportio Quare in. ꝫ. ⁊. t. mouebit. ergo sic accipiens semper. a. b. quidem nequaquam transibo. Tempore autem dato semper minus accipiam. ĩfinita ergo potentia erit omnem enim finitam potentiam excellit. Omnis autem finite potentie necesse est finitum esse ⁊ tempus. Si enim ĩ quodam tanta: maior in minori qdem determinato aũt mouebit tpe secunduꝫ conuersionem proportionis. Infinita enĩꝫ omnis potentia sicut multitudo ⁊ magnitudo excellens omne finitum.

Demonstratio quod nulla magnitudo vel quantum infinitum hꝫ potentiam finitam.

Tps in quo q̃tum infinitum potẽtie finite mouet. d.



Ponit demonstrationem intentã que talis est. sit quãtum infinitũ a. b. ⁊ sit. b. c. magnitudo finita alterius generis que habet quandã potentiam finitã. ⁊ sit quoddã mobile. d. quod moueat̃ a magnitudine. b. c. in tpe quod est. e. ꝫ. ⁊ qꝛ. b. c. est magnitudo finita: poterit accipi magnitudo. accipiat̃ igitur maior ꝫm duplã proportiõem quanto aũt est maior potentia mouentis: tanto in minori tpe mouet: vt habitum est in. vij. ergo duplum ipsius. b. c. mouebit idem mobile. s. d. in medio tempore quod sit. ꝫ. t. ita ꝙ intelligat̃ tempus. e. ꝫ. diuidi per mediũ in puncto. t. semp aũt sic addendo ad. b. c. nunquam pōt trãsire. a. b. quod improportionabiliter excedit. b. c. sicut ĩfi-

T. c. 9.

nitū finitum. ꝛ est.a.d. habeat potentiam finitā mouet in tēpore finito.d. ꝛ sic diuidēdo semper de tēpore quo mouebat. b.c. perueniemus ad aliquod tēpus minus ꝙ̄ sit tēpus in quo mouebat.a.b.q2 omne finitum transcendit per diuisionē.sequit ergo ꝙ minor potentia moueat i minor tēpore quod est impossibile. Relinquit ergo ꝙ in magnitudine infinita erat potentia infinita: q2.s. potentia magnitudinis infinite excedit oēm potentiam finitam. ꝛ hoc probatum est per subtractionē tēporis: q2 omnis potentie finite necesse est ponere quoddā determinatum tēpus in quo mouet: ꝙ ex hoc apparet: q2 si tanta potentia mouet in isto tēpore: mior mouebit i minori tpe.sed tamen determinato.i.finito sm conuersam proportionez: vz.s. quantum addit ad potentiam: tātum diminuat de tēpore. ꝛ sic quantūcunq3 addas ad potentiam finitā dūmodo remaneat potētia finita: semper habebit tempus finitum: q2 erit accipere aliquod tempus quod erit tanto minus tempore prius dato: quanto potentia super excrescens ex additione est maior potentia prius data.s3 potētia infinita excellit in mouendo omne determinatū tempus: sicut in omnibus aliis infinitis contingit: q2 omne infinitum sicut multitudo ꝛ magnitudo excedit omne determinatum sui generis: ꝛ sic manifestum est ꝙ potētia infinita excedit oēm potentiā finitam: ex quo excessus potentie super potentiam est sicut minoratio temporis a tēpore: vt dictum est. vnde patz cōclusio pdicta.s. ꝙ in magnitudine infinite sit potentia infinita ex necessitate sequitur ex premissis. ¶ Deinde cum dicit.

Co.81.

Est autem hoc demonstrare ꝛ sic accipiēs enim quandam potentiam eandem genere et que est in infinita magnitudine infinita magnitudine existentem: que mensurabit eam que est in infinita magnitudine finitam potentiaz. Quod quidem igitur non contingit īfinitam esse potētiam īfinita magnitudīe: neq3 finitam ī īfinita et his palam est.

¶ Ponit ad idem aliam demonstrationem que non dift a prima nisi in hoc ꝙ prima concludebat accipiendo potentiā finitam existentem in magnitudine finita alterius generis: hec autem secunda demonstratio procedit accipiendo quādam aliam potentiā existentem in aliqua magnitudine finita eiusdem generis cuius est magnitudo infinita: puta si sit aer magnitudinis infinite habens potentiam finitā: accipiemus quandā potentiam finitam existētem in aliqua magnitudine finita eiusdez generis. hac positione facta: manifestum est ꝙ potentia finita magnitudinis finite aliquotiens multiplicata mensurabit potentiaz finitam que est in infinita magnitudine: q2 omne finituz mensurat ab aliquo finito minori aliquotiens sumpto: vel excedit. Cum ergo in magnitudine eiusdē generis oporteat ꝙ maior magnitudo habeat maiorez potentiā: sicut maior aer h3 maiorē potentiā ꝙ̄ minor: necesse erit ꝙ illa magnitudo finita que habebit eandem proportionem ad magnitudinē finitam prius acceptam: quam h3 potentia finita infinite magnitudinis ad potentiam magnitudinis finite prius accepte habeat equalem potentiā potentie magnitudinis infinite. sicut si potentia finita magnitudinis infinite sit centupla potentie finite cuiusdam magnitudinis finite date: oportebit ꝙ magnitudo que est cētupla illius magnitudinis finite habeat equalem potentiā magnitudinis finite: ex quo proportionabiliter in re eiusdem generis augetur magnitudo ꝛ potentia. hoc aūt est impossibile quod ꝯclusum est: q2 oporteret ꝙ magnitudo finita esset equalis infinite: vel ꝙ minor magnitudo eiusdem generis habeat equalez potentiam maiori. Est ergo īpossibile ꝛ primuz ex quo sequit.s. ꝙ magnitudo infinita habeat potentiaz finitaz. Sic ergo epilogando concludit duas ꝯclusiones demonstratas.s. ꝙ in magnitudine finita nō possit esse potentia infinita: ꝛ ꝙ in magnitudine infinita nō possit esse potentia finita.

De his autez que ferūtur: bene se habet dubitare quandam dubitatioēz primum si ēnim omne quod mouetur: mouetur ab aliquo: quecunq3 nō ipsa se ipsa mouent: quomodo mouētur aliqua cōtinue non tangente eo quod mouet: vt proiecta.

Co.82.

Lectio.xxij.

